De

Theocriti carmine Aeolico tertio

nuper invento.

Scripsit

Henricus Ludolfus Ahrens.

Hannoverae. MDCCCLXVIII.

Typis Culemannianis.

1873, Jan. 23.
Subscription Fund.

De Theocriti carmine Aeolico tertio nuper invento.

Auctumno anni MDCCCLXV Heidelbergae inter philologos paedagogosque Germanos versanti mihi primus allatus est nuntius de novo carmine Theocriteo Bergkii opera (in *Indice lectionum Halensium Mich. 1865)* in lucem emisso; neque tamen prius contigit ut illud oculis viderem, quam Theodorus Fritzschius, gymnasii Gustrovensis professor, iterum a se editum *(De Theocriti carmine Aeolico recens invento. Rostochii 1865)* insigni. humanitate ad me misit. Quem libellum quanto ardore perlustraverim, qui semper Theocritum summo amore amplexus essem et in Graecorum poëtis bucolicis diu quasi habitassem, nemo est quin facile suspicetur. Nec poteram mihi temperare quin, urgentibus undique negotiis, nihilominus in emendando et illustrando illo carmine aliquid operae collocarem. Ut vero primum et paullulum otii datum est et Conzio meo interprete Bergkii opusculum in manus meas pervenit, vituperationi mihi fore existimavi, nisi et ipse, quantum quidem vires valerent, de carmine illo palam merere studerem, jamque mecum constitueram, quid de quibusque judicarem, quum Musei Rhenani fasciculus allatus est, in quo Arminius Fritzschius Lipsiensis et sua in idem carmen studia et quaedam a Georgio Curtio et Kreusslero secum communicata promulgavit *(Mus. Rhen. nov. XXI, 2 p. 247 seqq.)*. Itaque ne his quidem neglectis diligenter elaboravi, quae in publicum proferrem. Opere vero fere absoluto supervenerunt, quae Christophorus Zieglerus in *Annalibus Philologicis Vol. XCIII fasc. 3 p. 159 seqq.* ex ipso illo libro, quo unico carmen continetur, diligenter excusso retulit, cum Bergkianis partim discrepantia. Nec multo post carmen a Ludovico Schwabio recognitum (in *Indice scholarum Dorpatensium 1866)* beneficio auctoris accepi. Quae nova quum negligere nollem neque tamen tum temporis eis accurate uti vacaret, reposui quae scripseram, postea vero, quum aliquid otii datum esset, ad alia studia delatus in scriniis latitantia fere oblitus sum, donec Zieglerus nova sua editione Theocriti, gratissimo dono, in quo novum carmen secundum suum apographum iterum proposuit et doctorum virorum emendandi conamina collegit, codice praeterea accuratissime descripto, causam dedit ad relictum studium redeundi. Itaque quum eo ipso tempore programmati paschali materia dissertatiunculae quaerenda esset (nemo enim e collegis ei oneri subeundo paratus erat), hanc ipsam judicavi non fore alienam.

Carmen autem, de quo nunc agimus, protractum est e codice Mediolanensi bibliothecae Ambrosianae nr. 75, qui in mea editione siglo c. utitur; legitur ibi deinceps post Theocriti carmina Aeolica, Ἠλακάτην et Παιδικά, sequente Moschi Europe. Bergkius edidit ex apographo Guilielmi Studemund, juvenis docti, quem ille narrat, quum suo rogatu Ambrosianos Theocriti codices examinaret, in carmen illud incidisse. Zieglerus tamen (Annal. Phil. l. l. p. 159) refert, se jam auctumno anni 1864 idem detexisse et Studemundum, tum et ipsum libris

Ambrosianis operam navantem, nisi memoria fallat, de ea re admonuisse; sequenti vero anno, post editum a Bergkio carmen ipsum illud e codice descripsisse. Iure autem miratur Bergkius, quod tam diu latere potuerit; nam idem liber olim in Dorvillii usum collatus est idque etiam ad carmina utrimque vicina, postea a Zieglero (ante primam eius editionem) et mea causa a Jos. Müllero inspectus. At Zieglerus tum quidem pauca in hoc libro diligentius examinavit, reliqua festinanter percurrit, ut Müllerus omnia. Ceterum codex recentior est (sec. XV) et corruptissimus, eo tamen laudabilis, quod in hac quidem parte correctorum nulla vestigia reperiuntur. Quum igitur primus editor plurima menda sustulerit, in discrepantia codicis enotanda ita versatus sum, ut ad Bergkium correctionis laus pertineat, ubi illa nude posita est, lemmate autem praefixo lectio recepta alii debeatur, et mihi quidem nisi critici nomine indicato. Ubi de codicis lectione aliter Studemundus, aliter Zieglerus retulit, nominum sigla addidi.

Carmen in codice inscriptum Παιδικὰ Αἰολικά, ut carmen XXIII (XXIX) in hypothesi codicum 6. c. appellatur, quod simpliciter Παιδικά in Junt. Call. et hypothesi codicis k.

Ὤιαι τῶ χαλεπῶ καἰνομόρω τῶδε νοσήματος.
τερτοταῖος ἔχει παῖδος ἔρως μῆνά με δεύτερον,
κάλω μὴ μετρίως, ἀλλ᾽ ὁπόσον τὤπατι περρέχει
χαίτᾳ τ᾽ Αὐτόπαρις· ταῖς δὲ παραύαις γλυκὺ μειδίαι.
καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν τᾶς μὲν ἔχει, τᾶς δ᾽ ὀν[ίη πάλιν]·
τάχα δ᾽ οὐδ᾽ ὅσον ὕπνω πιτύχην ἔσσετ᾽ ἐρωία.
ἐχθὲς γὰρ παριὼν ἔδρακε λέπτ᾽ ἄμμε δι᾽ ὀφρύγων
αἰδεσθεὶς ποτίδην ἀντίος, ἠρεύθετο δὲ χρόα·
ἔμεθεν δὲ πλέον τᾶς κραδίας ὤ᾽ρος ἐδράξατο,
εἰς οἶκον δ᾽ ἀπέβαν ἕλκος ἔχων καρ[τερὸν ἤπατι].

Codicis discrepantia: 1. καὶ τῶ — καινομόρω Z. 2. τερτοταῖος] τετορταῖος Z., τετορταί[ς] St. — παῖδα — μῆνα sine με. 3. μὴ] μέν — τὤπατι περρέχει] τῶ παιδὶ περιέχει. 4. 5. In codice inverso ordine leguntur, quem mutavit Th. Fritzschius; χαίτᾳ τ᾽ Αὐτόπαρις] τᾶς γᾶς τοῦτο χάρις — παραύλαις (pro αρ siglum St.) — μειδίαμα Z., μειδίαμε St. — τᾶς bis] ταὶς bis — ὀνίη πόλιν] οὔ. 6. πίτυχην Z., πιτύχην St. 7. λέπτ᾽ ἄμμε δι᾽ ὀφρύγων] Schw. partim secundum Bergkium, cod. λεπτὰ μελιφρύγων, 9. καρδίας σωρός. 10. καρτερὸν ἤπατι] καὶ τὸ

Criticorum discrepantia: 1. αἰαῖ ThFr. 2. τετορταῖος Bgk. ThFr. Schw., τετορταῖον AFr. — ἔρος AFr. Schw. — μῆνά τε AFr., qui praeterea in notis proposuit τετορταῖος . . . μαινάδι μ᾽ εἴκελον. 3—5. κάλω μὲν Edd. — τῷ παῖδι πρέπει. | καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν ταῖς μὲν ἔχει, ταῖσι δέ μ᾽ οὐκέτι. | τᾶς γᾶς τοῦτο χάρις· ταῖς δὲ Bgk. (qui praeterea conjecit ταῖσι δέ μ᾽ οὐκ ἔχει et ταῖς δ᾽ οὔί μ᾽ ἀμέραις); παῖδα πέριξ ἔχει τᾶς γᾶς, τοῦτο χάρις· ταῖς δὲ . . . . | καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν ταῖς μὲν ἔχει, ταῖσι δέ μ᾽ οὐκ ἔχει ThFr.; ὁπόσων τῷ παῖδι πρέπει | ἰσπνίλοις παρέχειν, οὐδὲ τόσον λισσομένῳ φέρει. | καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν ταίς μευ ἔχει τλησιπόνοις φρένας. | ἅπαν τοῦτο χάρισμ᾽, αἴ τι παραύαις γλυκὺ μειδίαι AFr.; τῷ παῖδι πρέπει. | καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν ταῖς μὲν ἔχει, ταῖς δ᾽ ἔχει οὐκέτι | (ἄβας τοῦτο χάρις ταῖσδε παραύαις γλυκὺ μειδίαν)· Schw.; αὔγας τοῦτο χάρις conj. Kreussler. 7. λόξ᾽ ἄμμε Bgk. παῖς λεπτὰ ThFr. κλέπτ᾽ ἄμμε AFr. e conj. Kreussleri; — δι᾽ ὀφρύων Bgk. ThFr. AFr. 8. μ᾽ ἀντίος ThFr. 10. in fine καὶ τεθολωμένος Bgk., καὶ τὸ δέμας ταχείς ThFr., καὶ τὸ κέαρ δακὼν AFr. (κέαρ e conj. Curtii), καὶ τὸ . . . Schw.

πολλὰ δὲ σκαλίσας θυμὸν ἐμαυτοῦ διέλεγξ' ἐ[γών]·
τί δηῦτε πτόϊησ' ἀλοσύνας; τί ἔσχατον ἔσσεται;
λεύκας οὐκ ἐπύθησθ' ὄττι φόρῃς ἐν κροτάφοις τρίχας;
ὥρα τοι φρονέειν, μὴ οὔτι νέος τὰν ἰδέαν πέλων
πάντ' ἔρδ', ὅσσα περ οἱ τῶν ἐτέων ἄρτι γεγευμένοι.
καὶ μὰν ἄλλο σε λάθει· τόδ' ἄρ' ἦς λώϊον, ἔμμεναι
ξεῖνον τῶν χαλεπῶν, παιδὸς ἐράν[τεσσι τά περ πέλει].
τῷ μὲν γάρ βίος ἔρρωτ' ἀπόνως ὡς ἐλάφω θοᾶς,
χαλάσει δ' ἑτέρᾳ ποντοπόρην αὔριον ἄρμενα,
οὐδ' αὐτῷ γλυκερᾶς ἄνθεμον ἄβας πεδ' ὑμαλίκων
μέλδει· τῷ δ' ὁ πόθος καὶ τὸν ἔσω μυελὸν ἐσθίει
ὀμμιμνασκομένῳ, πολλὰ δ' ὄρῃ νυκτὸς ἐνύπνια·
παύσασθαι δ' ἐνιαυτοῖς χαλεπῶν οὐκὶ [δυνάσεται].
ταῦτα χἄτερα πόλλ' ἄσπετ' ἐμὸν θυμὸν ἐμεμψάμαν,
ὁ δὲ τοῦτ' ἔφατ'· ὄττις δοκίμοι τὸν δολομάχανον
νικάσειν Ἔρον, οὗτος δοκίμοι τοὶς ὑπὲρ ἀμμέων
μετρεῖν βραϊδίως ἀστέρας ἢ ὀππόσσά κεν ἔννεα.

Codicis discrepantia: 11. δὲ σκαλίσας] δ' εἰσκαλέσασ — διέλεγξ' ἐγών]. διέλυξε Z., διέλεξε St. 12. δηῦτε πτόϊησ'] δὴ ταῦτ' ἐπόης (ἐπόησ St.) — ἔσεται. 13. ἐπύθησθ'] ἐπΐσθης θ' Z., ἐπύσθησθ' St. — ὄττι — φόρῃς] φόροις — τρίχας] ThFr., τρία cod. 14. ὥρα] ὠρα — φρονέσω μὴ . . . ινέος — πέλων] πέλῃ. 15. ἄρτια. 16. ἄλλο σε λάθει· τόδ'] ἄλλος ἐλάθειτο δ'. — ἄρης — λώιόν Z. 17. ἐράντεσσι τά περ πέλει] ἐραν. 18. ἔρρωτ' ἀπόνως ὡς] ἔρπε ῥωὶ σαγόνοις — θοαῖς. 19. χαλάσει] δλάσει — ἑτέρᾳ] ThFr. (Bergkius sic scribi posse concesserat), ἑτέρα cod. — αὔριον — ἄρμενα] ἀμέραν. 20. αὐ' — ἀνθεμονάβας πεδιμαλικῶ. 21. μέλδει] μένει — τῶδ' — ὁπόθον St. — μιελὸν. 22. ὄμμι μνασκομένω — ὄρῃ] ὄρη- ἐνύπνιε St. 23. παύσασθ' St. — ἐνιαυτοῖς χαλεπῶν] ἐνιαυτὸς οὐ χαλεπαὶ (οὐ inductum) — οὐχὶ — δυνάσεται] addidi. 24. χ' ἄτερα — πόλλ' ἄσπετ'] πολλὰ ποτ'. 25. ἐφτ' ὄτις δοκεῖ μοι τὸν δολομάχανᾶν (ultimum α inductum Z.) 26. δοκεῖ μοι τᾶς — ἄμμ' 27. εὑρεῖν βραδίως — ἢ ὀππόσσά κεν ἔννεα] ὀπποσάκινὶ ιν ἐννέα vel εὐνέα Z. (qui ν infra † inductum esse testatur), ὀπποσάκιννενν εὐνέα St.

Criticorum discrepantia: 11. δ' εἰσκαλέσας Bgk. ThFr., πόλλα δ' ἐγκαλέσαις θῦμον AFr., δ' ἐγκαλέσας θυμῷ Schw. — ἐμαυτῷ Bgk., ἐμαυτῶ rell. — διελεξάμαν Edd. 12. τί δὴ τοῦτ' ἐπόησ'; Bgk., τί δῆτ' αὐτοποᾶς ἀλ. ThFr., τὶ δὴ ταῦτ' ἐπόης AFr. Schw. — ἀλλοσύνας AFr. Schw. (ante quam vocem Bgk. AFr. Schw. distinxerunt) — τὤσχατον ThFr., τί ᾽σχατον AFr. Schw. 13. οὐκ ᾽οἴδησθ' Bgk., οὐ συνέτησθ' ThFr. (ut minus apte conjici posse Bergkius dixerat), οὐ συνίησθ' AFr., οὐκ ἐπίδησθ' Curt., οὐκέτ' ἴσησθ' Schw., in quod etiam Zieglerus inciderat. — φόρεις Edd. — τρίας Bgk. 14. ὠρά τοι Edd. — μὴ αὖτε ThFr., μὴ τύ τι AFr. — πέλῃ Edd. 15. ἄρτια γεύμενοι AFr. Schw. auctore Kreusslero. 16. ἄλλος ἐλάσθη Edd., ἔληγεν conj. Schw. — τὸ δ' Edd. 17. παῖδος ThFr. AFr. — ἔραντι προγενεστέρῳ Bgk., ἔρῳ μὴ πεπονημένον ThFr., ἐρώτων καὶ ἐλεύθερον AFr., ἔραν . . . Schw. 18. τῷ Edd. — ἔρπει προγόνοις ἴσ' Bgk. AFr. Schw., εἶρπ' ἴσα γόνοις τοῖς ThFr., εἶρπε πρότερον ϝίσ' Curt. — θόας AFr. 19. τλάσεται Bgk. ThFr., ἀλλάσσει AFr. Schw. e conj. Kreussleri. — ἑτέρυι Bgk., ἑτέρῳ AFr. — ἀμέραν Bgk. ThFr., ἀμέραν Schw. (qui in adnotatione conjecit ταὔριον ἀμέρᾳ vel ἄμερον = σάμερον), ἄμερος AFr. 20. νῦν δ' αὐτῷ AFr. 21. μέλει Edd. — τοὶ δ' AFr. — κατ τὸν Bgk. ThFr., κὰτ τὸν AFr. Schw. — μύελον AFr. 22. πόλλα δ' ὄρῃς AFr., ὄρῃ rell. 23. ἐνιαυτὸς Edd. — χαλεπᾶς οὐκὶ δύας ἄλις Bgk. ThFr. AFr., χαλεπαὶ οὐκὶ . . . Schw., χαλεπᾶς οὐκ ἵκανος νόσω prius conjecerat Bgk., χαλεπᾶν οὐκὶ δυᾶν ἄλις Th. Fritzschius praefert in adnotatione. 24. πολλὰ ποτ' Edd., sed πόλλα et ἔμον θῦμον AFr. 27. εὑρεῖν ThFr. AFr. — ὀπποσσάκι μεὶς νέα Bgk., ὀποσσάκιν εἴνατοι ThFr., ὀπποσσάκις ἐννέα AFr.. ὀπποσσάκιν εὐνέα Schw.

καὶ νῦν εἴτ' ἐθέλω, χρή με μακρὸν σχόντα τὸν ἄμφενα·
ἕλκειν τὸν ζυγόν, εἴτ' οὐκ ἐθέλω. ταῦτα γὰρ ὤγαθέ
βούλεται θέος, ὃς καὶ Διὸς ἔσφαλε μέγαν νόον
καὔτας Κυπρογενήας. ἔμε μὰν φύλλον ἐπάμερον
σμίκρας δεύμενον αὔρας ὀνέλων ὦκα φορεῖ [νότος].

Codicis discrepantia: 28. εἴτε θέλω — ἔχοντα — ἄμφενα vel ἄμφευα Z. 29. ὤγαθέ] ThFr., ὠγαθέος cod. 30. θέοσος καί — γόον Z. (nescio an sphalmate, quum editionum discrepantia non notata sit). 31. κυπρογενῆας — φύλλον] ThFr., φίλον cod. 32. δευόμενον — ρ in αὔρας incertum St. — ὀνέλων ὦκα] ὁ μέλλων αἴκα — νότος] addidi.

Interpunctiones ex codice nullae enotatae nisi 4. ταῖς δ' οὔ. 5. χάρις, 12. ἀλοσύνας· St., 26. ἔρον. 28. θέλω, 29. ζυγόν, 32. φορεῖ.

Criticorum discrepantia: 28. μάκρον et κατ' ἄμφενα AFr. 29. ζύγον AFr. — ὤγαθος Bgk. 31. φίλον Bgk., φῦλον Curt. 32. ἀνέμων οὐ δίκαον φορεῖν; Bgk., τὸν ἔρον κῶς ἄϊκες φορεῖν; ThFr. AFr. (nisi quod hic πῶς), ὁ μέλλων αἴκα φορεῖ Schw., qui conjecit τὸ μέλημ' αἴκε φορέω, φέγεις.

Adnotatio.

Priusquam ad singula accedam, praemonendum est Aeolicae dialecti proprietatem quum in reliquis tum in accentibus me (exceptis aliquot vocibus e conjectura restitutis) nusquam admisisse nisi aliqua codicis auctoritate accedente. Qua in re eidem legi obtemperavi, cui fere Bergkius in hoc ipso carmine et religiosius etiam Bucolicorum editio mea altera in prioribus Παιδικοῖς, quum ibidem in Ἠλακάτῃ majorem dialecti constantiam restitui oportere visum sit. Nam in hoc quidem carmine libri, praecipue codex D, tam largam afferunt copiam formarum et accentuum vere Aeolicorum, ut pauca illa, quae in omnibus, quantum constat, libris contra Aeolidis leges peccant, etiam sine libris mutanda esse videantur, nisi quis caeca superstitione codicibus adhaerere praeferat. Contra in prioribus Παιδικοῖς et hoc novo carmine quum Aeolica proprietas non possit restitui nisi violentius librorum auctoritate spreta, cautius agendum est. Neque enim pro certo haberi licet, easdem dialecti leges in his valere atque in Ἠλακάτῃ, quum neque absurdum sit, si quis poëtam in alio carmine aliter dialectum temperasse existimet (ita enim et Pindarus in Epiniciis et ipse Theocritus in Bucolicis), neque exploratum Theocrito, qui Ἠλακάτην composuit, etiam reliqua duo carmina recte tribui [1]). Sed de dialecto et de auctore hujus carminis alio tempore accurate quaeremus; jam videamus singula. In quibus Bergkii summae in hoc genere auctoritati id deberi putavi, ut ejus lectiones, si quae minus placerent, paullo accuratius examinarem. Reliquorum conamina brevius absolvenda aut silentio transmittenda duxi, praecipue Arminii Fritzschii, qui saepe potius petulanter lusisse quam veri critici personam tuitus esse videtur.

1) Olim in appendice libri de dialectis Aeolicis et in proecdosi Bucolicorum ad eandem normam, praecipue in accentibus constituendis, etiam Ἠλακάτην direxi, quia tum codex D, qui in hoc carmine proprietatem Aeolicam prae reliquis libris tuetur, parum cognitus erat, et dixi de ea re Diall. I p. XI et p. 8. At Bergkius p. VII not. 2 „Ahrensii vero miror inconstantiam, qui et in appendice libri de Aeolensium dialecto et in novissima Theocriti editione, cum omnia aequabiliter ad Aeolicos tenores revocare vellet, tamen compluribus locis vulgarem accentus legem servaverit", cujus rei exempla affert ex altero carmine Aeolico, in quo Aeolicam accentus proprietatem me noluisse restituere et disertis verbis professus sum et ipsa re satis declaravi.

Vs. 1.

Malui cum Bergkio Aeolicum ᾤαι (Diall. I, 17) quam cum Th. Fritzschio vulgare αἰαῖ reponere, tum quod illud a tradito καὶ paullo propius abest, tum quod poëtam rariores formas et voces Aeolicas captasse apparet.

Vs. 2.

Recte Th. Fritzschius vidit, τετορταῖος non esse Aeolicum, quanquam quod Doricam eam formam dixit ad τέτορες (Diall. II, 279) pertinentem, minus caute egit. Nam Doricum ordinale τέτορτος nusquam legi videtur neque alia ejus forma Dorica reperiri quam τέταρτος (Diall. II, 281), idque etiam in Tabularum Heracleensium priore l. 44. 164. 184, quae ut in reliquis puriorem Doridem exhibet, ita quarti cardinalis nullam formam habet nisi τέτόρες. Conferas quod Atthis et Ias eodem τέταρτός utuntur, neque a. τέσσαρες et τέσσερες derivarunt τέσσαρτος et τέσσερτος. De Aeolico ordinali quarto non satis constat. Propter cardinale πέσυρες (Diall. I, 40. 79. II, 581) expectaveris πέσυρτος; attamen credibile est ne Aeoles quidem ordinale a sua cardinalis forma derivasse, et veram illius formam in corruptissimo Joannis Gr. praecepto latere. Qui quum inter exempla Aeolici π pro τ fol. 244ᵇ proferat τέτραπται πέπραπται, quae ex τέτρατᾳ πετράτᾳ corrupta esse olim suspicatus eram Diall. I, 40 not. 2, nunc video H. Stephanum in Appendice Thesauri p. 322 ed. Par. praebere τέτραται πέτραται. Malo autem jam corrigere τέτρατος πέτρατος, quae mutatio in miserrima libri Joannei conditione minime nimis audax est. Hoc vero ipsum πέτρατος antiquissima ejus vocis forma Graeca habenda est. Nam ut π initiale antiquius quam τ, ita τέταρτος e τέτρατος transpositione factum est, non hoc ex illo, ut vulgo judicant. Intelligitur hoc inde quod in τέταρτος nullum superest indicium digammi olim post alterum τ positi (quarti numeralis antiquissima forma *kvatvar* ponenda est), quale in τέσσαρες, τέσσερες et Boeot. πέτταρες consona geminata praebet, in Aeol. πέσυρες et Dor. τέτορες vocalis υ vel ο ex *va* contracta. Τέτρατος vero ab eadem correpta forma profectum est, quae in compositis cum τετρα- conspicitur, orta illa ex τετϝρ-. Jam si πέτρατος Aeolicum est, licet etiam de forma πέτροτος suspicari, ut Balbilla in Aeolicis epigrammatis posuit δέκοτος (Diall. II, 582), tum de πέτορτος, ut τέταρτος e τέτρατος factum est, denique de πετορταῖος huic carmini restituendo. Adeo ipsum τετορταῖος tanquam Aeolicum aliquis eo tueri conetur, quod Alcaeus fr. 153 τετραβαρήων dixerit, non πετρ-. Initialem sane litteram τ in ea voce satis tuetur Hesychii glossa, qua illud fragmentum continetur: τετραβαρήων πλίνθων καὶ τάγματα· Ἀλκαῖος. Neque tamen vel dialectum vel poëtam in talibus variasse tam levi testimonio crediderim, sed quum nomina Ἀλκαῖος et Ἀλκμάν vel Ἀλκμαίων haud raro permutata sint (vid. Alcm. 115. 130, Alc. 62. 115. 128. 143. 154 et Hesych. s. ἀμηνίτως Schm.), illa verba ad Alcmanem revocare malo [2]). Quum igitur τετορταῖος dialecti nomine suspectum sit, vocis sententia dubitationem auget. Amor enim pueri comparatur cum febri intermittente, quae si quartana (πυρετὸς τεταρταῖος) dicitur, significatur amatorem per

---

2) Bergkius ed. III edidit πλίνθων τετραβαρήων κατὰ τάγματα, sed praeterea proposuit τετραβαρηᾶν et, quod praefert, τετραμαρήων (litterarum serie apud Hesychium repugnante) = τετραδώρων. Ego jam scripserim τετραβαρηᾶν | πλίνθων κὰτ τάγματα, „per ordines pergravium laterum". Femininum τετραβάρηα (ut χαλκοβάρεια) bene convenit Alcmanis dialecto, cf. Πασιχάρηα fr. 22 et Diall. II, 163. Cur Bergkius dicat adjectivum τετραβαρής vix fingi potuisse, non perspicio; τέτρα- enim aliquoties in compositione aeque ac τρι- augendi vim habet, cf. Hesych. τετραέλικτον ἅλμαν: ἤγουν τρικυμίαν — τετραέλιξ: πολυέλιξ, tum τετράκις = πολλάκις.

breviora spatia amore captum teneri quam liberum esse, quae sententia aegre placuerit. Desideraveris potius febrim tertianam (πυρετὸν τριταῖον), i. e. alternis diebus agitantem, ut amor paribus spatiis teneat et remittat. Eam vero ipsam poëtae restitui levissima mutatione, qua simul dialecti offensio tollitur. Quod enim dedi τερτοταῖος, Aeolice est pro τριταῖος, quum Aeoles pro τρίτος dixerint τέρτος et τέρτατος (ut τρίτατος), vid. Diall. I, 55 not. 24, ubi in iis, quae EtM. 665, 40 ex Herodiano afferuntur, τέταρτος, quod Aeolicum dicitur pro τρίτος, debebam in τέρτατος mutare, non cum Seidlero in τέρτος. Idem τέρτατος sententia flagitante Pindaro Ol. 8, 46 pro τέτρατος restituendum esse docui. Denique formam τέρτοτος pro τέρτατος tuetur illud δέκοτος, quo Balbilla in epigrammate Aeolico usa est C. I. nr. 4727. — Bergkii verba „dicit enim poëta se pueri amore jam secundum mensem tanquam febri (πυρετῷ τεταρταίῳ) laborare" Th. Fritzschius recte ita accepisse videtur, ut ille τετορταῖος (sc. πυρετός) substantivi vice fungi et particulam comparativam ὡς mente suppleri voluerit, minus recte eam interpretationem ipse probavit. Qua rejecta Arm. Fritzschius in perversa abiit; contra Schwabius verissime intellexit conjungenda esse ἔρως τετορταῖος „amor quartanus", i. e. amor febris quartanae modo per intervalla recurrens, vix autem recte Bergkium idem sensisse opinatus est. Jam vero nostrum τερτοταῖος ἔρως „amor tertianus" intellige de amore alternis vicibus urente.

Vs. 3—5.

Versum tertium quum Bergkius certa emendatione in integrum restituisse sibi visus sit, nec Fritzschiis persuasit nec mihi[3]). Et me quidem maxime offendit, quod homo ardentissimo pueri amore flagrans secundum illius lectionem amasio tribuit „mediocrem formae decorem, sed eum qui puero conveniat". Ea enim desidero verba (neque aliter A. Fritzschius), quibus eximia potius pueri pulchritudo indicetur. Quo quum accedat, quod particula μὲν non suo loco posita est (debebat enim post μετρίως), hanc in μὴ mutandam esse duxi. Jam μὴ sequente ἀλλὰ eodem usu dictum est, quo Thucyd. IV, 92, 4 οἳ καὶ μὴ τοὺς ἐγγύς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄπωθεν πειρῶνται δουλοῦσθαι, quam in sententiam vulgo μὴ ὅτι — ἀλλὰ ponitur, quum levioribus verbis, quae veritatem non satis aequare videntur, rejectis graviora substituuntur, veluti Plat. Apol. 40 D. μὴ ὅτι ἰδιώτην τινά, ἀλλὰ καὶ τὸν μέγαν βασιλέα. Latini eo sensu *non dico* (non dicam) — *sed,* nos *nicht bloss* — *sondern.* Verbis inde ab ἀλλὰ jam insignis pulcritudinis, mediocritatem longe superantis, descriptionem inesse oportere satis apparet. Cui sententiae optime convenit ultima versus vox περιέχει, modo restituas eam formam, quam et dialectus postulat et numeri, περρέχει dico, quod more Aeolico ea vi positum, qua vulgo ὑπερέχει (Diall. I, 151).

---

3) Nescio an Th. Fritzschius non probaverit παΐδι a Bergkio admissum, quod ipse vitavit. Ego quidem in hoc non adeo haesi. Nam quod Bergkius dicit meam videri sententiam esse in Diall. I, 105, diaeresin Aeolicam ab iis formis vocis παῖς, quae unam syllabam excedunt, alienam esse, mea verba parum recte interpretatus est. Docui enim eo loco secundum grammaticos monosyllaba παῖς et δᾴς in Aeolide diaeresin pati; attuli illius in formis monosyllabis dissoluti exempla quaedam (adde II, 509 et πάϊ II, 580); non apposui longiores formas diaeresin passas, quia nullae legebantur praeter πάϊδ', quod Hermanno auctore Schneidewinus ediderat Sapph. 121 Bgk., ubi Bergkius traditum παῖδ' retinuit. Ipse dixi me maluisse πάϊν, scilicet non quod in παῖδα diaeresin fieri posse negarem, sed quod judicavi poëtriam forma elisionem passa πάϊδ' non usuram fuisse, ubi nihil obesset, quominus formam integram πάϊν poneret, quam apud Aeoles in usu fuisse constat Diall. I, 113. Non aliter, ne plura apponam, Homerus maluit ἔριν quam ἔριδ' Od. γ, 136. 161 et κόρυν quam κόρυθ' Il N, 131. Π, 205, ubi v. l. κόρυθ' recte rejecta. Minime vero Bergkius παΐδι suum Homericis formis δαΐδων et δαΐδας stabilire debebat; nam δαΐς (pro δαϝίς) et ab origine et semper apud Homerum bisyllabum est; recentiore demum tempore post digamma ejectum contractione δᾴς natum. Contra παῖς jam apud Homerum certissimis exemplis diphthongum tuetur. Incertum etiam παΐδι Anacr. fr. 17 a Bergkio editum.

Restant corrupta τῶ παιδί, unde, quum dactylus desideretur, haud ita magno labore τὤπατι elicias, i. e. τῷ ὤπατι, de qua voce cf. Hesych. ὦπα: ὄψις, πρόσοψις, πρόσωπον. Genus neutrum, quod M. Schmidtium fefellit, praeter priores interpretationes, patefacit scholion Il. H, 212 „ἀπὸ τῆς πρόσωπα εὐθείας Αἰολικῶς προσώπατα καὶ προσώπασι“, in qua apparet Αἰολικῶς ad nominativum πρόσωπα pertinere (fort. Αἰολικῆς), non ad casus inde deflexos. Conferendus autem Joannes Gr. de dial. Aeol., qui in Hort. Ad. f. 244ᵇ inter varia geminationis Aeolicae exempla[4]) affert „πρόσωπα προσώπατα“ (in Append. Thes. Steph. p. 322ᵇ ed. Par. πρόσωπα προσώππα), ubi primo obtutu credideris „πρόσωπον πρόσοππα“ scriptum fuisse, ut hoc testimonium a scholio Homerico sola vocis Aeolicae pronuntiatione differat. Altius tamen quaerenti in tanta libelli Joannei corruptione probabile videbitur, genuinam illius exempli formam hanc fere fuisse: ἀντὶ τοῦ ὦπα τὸ πρόσωπον ὄππα. Res enim sic se habere videtur. Fuerunt, qui Homericas formas προσώπατα Od. σ, 192 et προσώπασι Il. H, 212 ad singularem τὸ πρόσωπα revocarent (ut Herodianus ap. Eustath. 677, 28 ad πρόσωπας), hunc vero, cujus ipsius exempla deerant, collata voce simplici τὸ ὦπα = ὄψις, πρόσοψις, πρόσωπον tutarentur. Eo fortasse referendae sunt duae Hesychii glossae: πρόσωπον: τὸ πρόσωπον. Ὅμηρος et deinceps προσώπη: πρόσοψις. Priorem non sanam esse ipsa ineptia arguit, quanquam M. Schmidtius, loco Homerico Σ, 24 apposito, eam tacite toleravit; in altera idem audacius ὀπωπή proposuit, quum Albertus προσωπή voluisset, quae vox aliunde non cognita aliquatenus firmari videtur Eustathii p. 1106, 22 testimonio de „ποτῶπαν ἤτοι πρόσωπον κατὰ Δωριεῖς“, praesertim quum τὰν ποτῶπαν = πρόσωπον apud Pseudo-Phintyem Pythagoream Stob. Fl. 74, 61 p. 445, 8 legatur. Codices tamen A. B. quum praebeant ποτ' ὦπα (Trinc. ποτῶπαν), Lobeckius Parall. p. 169 recte ποτῶπα a nominativo ποτώψ agnoscere videtur, nisi etiam verius est τὰ πότωπα, quod Gaisfordius proposuit. Eustathius vero, nisi fallor, ipsam illam falsam lectionem apud Phintyem respexit. Hesychianas autem illas glossas in hunc modum conjungendas et corrigendas esse suspicor: πρόσωπα: τὸ πρόσωπον Ὅμηρος παρὰ τὸ ὦπα ἡ πρόσοψις. Hoc vero πρόσωπα non ipsum Aeolicum esse existimarunt, ut e scholio Homerico videri potest, sed, quod e Joanne colligi potest, ejus simplex ὦπα cum Aeolico ὄππα composuerunt, quanquam hoc vulgo pro ὄμμα esse dicitur idque apud ipsum Joannem (Diall. I, 68), et eo sensu apud Sapphonem 2, 11 in libris traditum est[5]). Neutrum vero ὦπα comparandum est cum ἄλειφα (altera forma ἄλειφαρ minus est firmata) et cum ὕφα, cujus vocis haec sola forma a grammaticis commemoratur,

4) Totum Ioannis praeceptum in H. Ad. sic legitur: λέγουσι δὲ τὰ πείονα διπλασιάζοντες (leg. πλείονα, Steph. „complura autem geminant“) οἵτινες οἵττινες (leg. ὅττινες), σελήνη σελλάνα (quum Diall. I, 65 σελάννα proposuissem, postea haec ipsa forma Aeolica Sapph. 52 in codice inventa est), πρόσωπα προσώπατα, κατέπεσον κάππεσον, ὁπόθεν ὁππόθεν, καταδὲ (Steph. κατὰ δέ) καδδέ, ὅτι ὅττι.

5) Ὄππα revera Aeolicum esse pro ὦπα parum credibile est, quum Aeolica consonae geminatio pro vulgari productione vocalis in solis liquidis spectetur. At assimilationis illud genus Aeolicum, quod comparet in ὄππα pro ὄμμα (ex ὀπ-μα), ἄλιππα pro ἄλιμμα, quod EtM. 64, 14 commemoratur, et γρόππα pro γράμμα, quo Balbilla usa est C. I. nr. 4725 l. 14 et nr. 4730 l. 14, sane mirum est. Quid, si quis conjiciat, antiquam scripturam ΟΠΑ pro ὦπα parum recte a librariis, qui primi poëtarum Aeolicorum opera ad recentiorem usum redigerent, ὄππα lectam esse, quod Aeolicam eam esse vocis ὄμμα formam rati, geminatam consonam desiderarent, postea vero ad hujus similitudinem ab Aeolensium imitatoribus, qualis fuit Balbilla, ἄλιππα et γρόππα ficta esse? Cui suspicioni subsidio est, quod Hesychius Aeolensibus (siquidem recte Αἰολεῖς pro Νεολεῖς scriptum, nec video probabiliorem correctionem) ὄθμα pro ὄμμα tribuit, cui simillima sunt στέθμα et γράθμα, quae dialecto non indicata commemorantur, pro στέμμα et γράμμα, vid. Diall. II, 504. Et haec quidem Aeolidem sapiunt, quippe quae aspiratarum permutationi faveat Diall. I, 42.

vid. Mützell ad Theog. 553, Lobeck Rhem. 313 seqq. Licet autem etiam conjicere illud secundum Homericum εἰς ὦπα fictum esse. Nam hoc ὦπα, quod apud Homerum monoptoton est, quum vulgo accusativus singularis feminini esse existimetur, poterat etiam pro neutro singularis haberi; nec minus poterat neutrum pluralis = πρόσωπα agnosci (et hoc quidem rectissime, nisi fallor), ut Plato plurali τὰ ὦπα usus est Cratyl. p. 409. C, et inde eadem paragoge, quae in Homericis προσώπατα et προσώπασι cernitur [6]), auctior stirps ὠπατ- effici. Alii, quorum nullus, quantum constat, Platonis aetate superior, voce ὤψ pro masculino vel feminino usi sunt, vid. Lobeck Parall. 117 et Thesaur., fortasse eodem Homerico εἰς ὦπα duce. Neque enim raro ambiguae formae Homericae, prout posteriorum alii aliter interpretati sunt, varium usum progenuerunt. Ut accusativus κρᾶτα in Od. ϑ, 92 κατὰ κρᾶτα καλυψάμενος γοάασκεν quum aliis ad sing. masc. vel fem., aliis ad sing. neutr. pertinere visus esset, factum est ut alii, ut Euripides, masculino vel feminino κράς, κρατός uterentur, Sophocles vero neutro τὸ κρᾶτα. Neutri recte; nam illud Homericum κρᾶτα potius est pluralis neutr. sensu singulari positus ut στήϑεα, πρόσωπα, tum κάρηνα de Olympo et aliis montibus dictum, quod non recte de pluribus verticibus intelligunt, sed cf. κρατὸς ἀπ' Οὐλύμποιο Il. Υ, 5, quod nihil aliud est quam usitatius ἀπ' Οὐλύμποιο καρήνων; Euripides κάρηνα etiam de unius hominis capite Meleag. fr. 16 κάρηνα — Μελανίππου. Neque aliter Callimachus h. Del. 226 τυτϑὸν ἀποκλίνασα καρήατα λέχριος εὗδει, ubi Meinekius pluralem non debebat in suspicionem vocare. Alia quaedam similia Bernh. Synt. p. 64. Eodem modo apud Pindarum intelligi oportet κρᾶτα συλάσαις Μεδοίσας P. 12, 16, quum apud eundem in τρία κρᾶτα fr. 4 eadem forma apertissime plur. neutr. sit [7]). — Ut redeamus ad τὸ ὦπα, idoneis argumentis nobis demonstrasse videmur, nihil esse cur vocem illam (= ὄψις, πρόσοψις, πρόσωπον) ab Hesychio allatam apud antiquos scriptores revera extitisse negemus, dubium vero esse, Aeolibusne illa recte tribui possit. Attamen quum purus Aeolismus in hoc carmine non requiratur, non dubitavi potius τώπατι reponere quam τὤππατι i. e. τῷ ὄππατι, in quod primum incideram, tum quod illa mutatio levior est, tum quod ὦπα = ὤψ certius sententiae convenit quam ὄππα = ὄμμα, quanquam etiam ὄμμα aliquoties sensu ab ὄψις, πρόσοψις, πρόσωπον = *aspectus, facies* proxime abest. — Jam vero quaerendum est subiectum verbi περρέχει, quo indicetur, quis facie praestare dicatur. Ut vero

---

6) Πρόσωπα, quod apud Homerum novies legitur, plerumque sensu singulari, mihi ab origine ad tertiam declinationem pertinere videtur ut τὰ ὦπα, singularis vero πρόσωπον, qui semel Il. Σ, 24, frequenti genere metaplasmi factus esse, ut δάκρυον ad δάκρυ, δάκρυα, praesertim quum nominativus et accusativus singularis neutrius generis decl. III ad plurale πρόσωπα pertinens tantum non linguae legibus repugnaret. Conferas υἱός, υἱόν, υἱέ, quum reliqui casus apud Homerum tertiam declinationem sequantur; deinde pluralem κάρηνα, qui apud Homerum ad tertiam declinationem et ad singularem κάρη, G. κάρητος referendus est, ut, quum in Graeca lingua neutra in -μα in declinatione τ assumant (in derivatis tamen ν, ut ἀπράγμων a πρᾶγμα), reliquae linguae cognatae potius littera n utuntur, cf. cum ὄνομα, G. -ατος Sanscr. N. *nâma*, G. *nâmnas*, Lat. *nōmen*, *-inis*, Goth. N. *namô*, G. *namins*. Ex illo vero plurali post Homerum singularis κάρηνον fictus est, qui primum in Pseudo-Homericis conspicitur h. Hom. 8, 12. 28, 8. Noli autem πρόσωπον componere cum μέτωπον. Nam hoc compositum est e μετὰ et τὰ ὦπα, τὰ πρόσωπα vero a composita stirpe verbali προσ-οπ derivatum ut πρόσοψις, quemadmodum τὰ ὦπα et ὄψις a simplici ὀπ. Attamen falsa vocis μέτωπον analogia favebat formae πρόσωπον. Jam paragoge πρόσωπα προσώπατα aptissime comparari potest cum γουνός γούνατος et δουρός δούρατος, quae voces apud Homerum per omnes casus binas formas habent praeter N. A. sing.

7) Ad pluralem κρᾶτα apud Homerum praeterea pertinet dativus Il. K, 152 ὑπὸ κρασὶν δ' ἔχον ἀσπίδας. Quod vero K, 156 legitur ὑπὸ κράτεσφι (de uno Diomede) ea quoque forma, quae cum Hesychianis ἐ ρ έ σ φ ι : τέκνοις et ε ὐ ρ έ σ φ ι : γυναιξίν comparanda est, vix potest alius casus haberi quam dat. plur.

apparet sententiam postulare juvenis alicujus nomen ob formam celebrati, ita latere id in iis, quae proxime sequuntur, nisi cum Arm. Fritzschio unum alterumve versum intercidisse ponas, necessario suspicamur. Gravius vero versus 4. 5. in codice perturbatos esse, praecipue verba τᾶς γᾶς τοῦτο χάρις, non obscurum. Bergkius, qui haec intacta reliquit nec versuum ordinem traditum sollicitavit, in hunc modum interpretatus est: *terra haec mihi hoc malum gratificata est;* poterat ita poëta dicere, si hospes in aliena civitate commoratus in amorem quemadmodum in febrem incidit". Ipse tamen significavit eam sententiam non valde placere nec magis, quod continuo post illam in describenda pueri venustate pergatur. Neque reliquorum criticorum quisquam eum in hoc loco sequntus est. Unus vero Th. Fritzschius acute perspexit, codicis versus quartum et quintum perverso ordine traditos esse; nam sicut quinti versus altera pars, cujus sententia apertior (ταῖς δὲ παραύαις γλυκὺ μειδίαι) pertinet ad descriptionem venustatis pueri in Vs. 3 inceptam, ita versus quartus et sextus, medio ejecto, egregie coeunt. Infelicius autem idem versatus est in verbis ipsis hunc in modum constituendis: ἀλλ' ὁπόσον παῖδα πέριξ ἔχει | τᾶς γᾶς, τοῦτο χάρις, quae interpretatur „quidquid terrae puerum circumdat, spirat gratiam". Post ea vero, quae supra disputavimus, primo fere obtutu apparet, versibus cum Th. Fritzschio transpositis χάρις in Πάρις esse mutandum. Gravius laborant verba τᾶς γας τοῦτο. Quae Homericorum ἥ τε κόμη τό τε εἶδος Il. Γ, 55, quae sunt de Paride, memor cum reliquis in hanc formam restituenda duxi: ὁπόσον τὤπατι περρέχει χαίτᾳ τ' Αὐτόπαρις, ut ὦπα Homericum εἶδος, χαίτη vero κόμην referat; conferas Scholl. Il. B, 58 εἶδος ἐπὶ τοῦ προσώπου. Neque aliter πρόσωπον et χαίτη ab Alcmane fr. 16. II, 17 seqq. in laude Agesichorae composita sunt: ἁ δὲ χαίτα | τᾶς ἐμᾶς ἀνεψιᾶς | Ἀγησιχόρας ἐπανθεῖ | χρυσὸς ὣς ἀκήρατος | τό τ' ἀργύριον πρόσωπον[8]). Adde quae de pueris dicta sunt Tibull. 1, 9, 15 „uretur facies, urentur sole capilli" et Hor. Od. 2, 5, 24 „crinibus ambiguoque vultu". Neque τᾶς γᾶς nimia audacia in χαίτᾳ (χαίται) mutatum esse videtur, quum τ et γ saepissime, χ et τ (cf. Bast. Comm. Palaeogr. 738) subinde permutata sint, nec raro iota adscriptum in ς transierit, vid. Jacobs Nott. Cr. ad Anth. Pal. V, 103. Restitutum a nobis Αὐτόπαρις, i. e. αὐτὸς Πάρις, componendum est cum Αὐτομέλιννα Nossidis Anth. Pal. VI, 353 et Αὐτόθαϊς Luciani Rhet. praec. c. 1, de quo genere compositorum Lobeckius egit Parall. p. 377 seqq. Loco igitur perturbatissimo hanc sententiam reddidimus: „(pueri) *pulchri, non dico mediocriter, sed quantum facie et coma eminet ipse Paris*". — De Aeolico παραύα pro παρειά praeter Diall. I, 36, quo Bergkius ablegavit, cf. μαλοπάραυος Theocr. XXI (XXVI), 1 et μαλλοπάραυος, λευκοπάρειος Hesych.[9]). De μειδίαι pro μειδιᾷ vid. Diall. I, 138.

---

8) Ita nunc Bergkius ed. III p. 1888, nisi quod infelicissimam suam mutationem τὸ ϝαργύριον tenuit, quum codex habeat ΤΟΤΑΡΓΥΡΙΟΝ. Voluit enim τὸ πρόσωπον accusativum esse ab ἐπανθεῖ pendentem. At ἐπανθεῖν saepius absolute dicitur de iis quae in superficie florent, idque de crinibus Arist. Eccl. 13. Vesp. 1065, de rubore faciei Lucian. Imag. 7. Ἀργύρεος vero, si qua alia vox, a digammi suspicione libera est.

9) Hesychii glossa quin ad Theocriti locum (ubi primus e libris -αυος restitui) recte a me relata sit (Schmidtius hunc non apposuit), vix dubitari posse videtur. Nec scio an hinc geminum λ Theocrito reddendum sit. Nam quod Schmidtius apud Hesychium alterum λ spurium esse significavit, litterarum series vel sic parum accurata, quum sequatur Μαλλόεις vel auctore Schmidtio Μαλόεις. Testatur autem Hesychius de μαλλός = λευκός, quum simplex λ tueatur in glossis μάλουρις: λευκόκερκος et μάλουρος: λεύκουρος. Neque aliter Theocr. Ep. 1, 5 τράγος οὗτος ὁ μᾶλος (v. l. μαλός). Facile suspiceris μᾶλος vel μαλὸς esse Doricam vocis formam, μάλλος Aeolicam, quae bene coeat cum παραύα. Alium vere Aeolismum ab idylliis vere bucolicis alienum poëta illi concessit in ἐρύσαισαι vs. 17 optimo libro teste.

De ellipsi pluralis ἁμέραις, quam in versu quinto postulat Bergkii correctio, ipsi parum certa visa, Th. Fritzschius jure dubitat, quanquam ipse ejus necessitatem non sustulit. Quod Bergkius affirmat non esse necessarium, ut ἁμέραις addatur, desiderantur tamen exempla satis idonea. Neque placet, si poëta metaphorae a febri quartana vel secundum nostram correctionem tertiana petitae ita adhaeserit, ut amorem aliis diebus se tenere, aliis remittere dicat; hujus enim vicissitudines majoribus spatiis contineri consentaneum est. Quare ταῖς μὲν — ταῖς δὲ mutavi in τᾶς μέν — τᾶς δέ (ut vs. 18 cod. θοαῖς pro θοᾶς et idem in prioribus Παιδικοῖς vs. 20 αἷς pro ἇς = ἕως). Ut enim Dorienses et Aeolenses pro ἕως dixerunt ἇς (Diall. II, 290, I, 102), quo ipse Theocritus usus est in secundo Aeolico vs. 20, ita haud dubie τᾶς pro τέως. Adverbium vero demonstrativum τέως *(tamdiu,* ut ἕως *quamdiu)* addito μὲν et sequente postea enuntiatione adversativa jam apud Homerum aliquoties est *aliquamdiu*, ut Od. o, 231. ω, 162, qui usus apud recentiores satis frequens. Abiit igitur tum in potestatem quandam indefinitam. Jam non praesto quidem sunt alii loci, ubi illud τέως μὲν eodem sensu indefinito excipiat τέως δέ, sed consentaneum est τέως μὲν — τέως δέ dici potuisse ut τότε μέν — τότε δέ vel potestate indefinita accentu significata τοτὲ μὲν — τοτὲ δὲ, Latine *tum — tum,* eo tamen discrimine, ut hae particulae potius temporis momenta indicent, τέως longiora spatia. Vides quam egregie hoc geminatum τέως loci sententiae conveniat. — Supplementum a me positum prae reliquorum ipsum se commendet. Mutatio litterae υ in ν levissima est, cf. Discrep. Cod. ad 27. 28. 'Ονίη vero Aeolice est pro ἀνίησι, vid. Diall. I, 76 et quae infra ad vs. 22 disputabimus; rectissime autem ἀνιέναι dicitur de febri tertiana, quacum amorem suum poëta comparat, remittente, cf. Alex. ap. Athen. III, 118. A ὥσπερ πυρετὸς ἀνῆκεν et de aliis morbis Soph. Phil. 634. 764, Eur. Or. 227. Quanquam hic propter oppositum ἔχειν potius transitiva notio „relaxat me" agnoscenda esse videtur, ut a Celso medico 2, 7. 4, 22 febris hominem dimittere dicitur, quum desinit.

Vs. 6.

Bene Bergkius perspexit ἐρωΐα esse Aeolicam vocis ἐρωὴ formam et apud Hesychium glossae ἐρωία: ἐρωμένη interpretationem ex ἐρωὴ corruptam videri. Quod judicium firmare poterat aliarum vocum in -ωή exeuntium comparatione. Tria ejus generis vocabula commemorat canon Herodianeus Arcad. 103, 29: τὰ διὰ τοῦ ωη ὀξύνεται, ζωή θωή ἐρωή. Plenius ex eodem fonte Theognostus, qui p. 108, 12 post bisyllaba in οη: σεσημείωται διὰ τοῦ ω μεγάλου τὸ ζωή, θωή ἡ ζημία· τοῦτο δὲ καὶ σὺν τῷ ι, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἀθῷος, et l. 18 post plurisyllaba in οη: σεσημείωνται διὰ τοῦ ω μεγάλου γραφόμενα τὸ ἐρωή, ἰωή, ἀλῴη (leg. ἀλῳή)· τοῦτο δὲ ἀπὸ τοῦ ἀλλοιῶ (leg. ἀλοιῶ) ῥήματος γεγονὸς σὺν τῷ ι γράφεται. Vulgo autem ἀλωὴ vel ἀλωὴ scribitur sine iota. Sexta vox addenda esse videtur σωή (ἡ ἐφορμὴ καὶ φορά Hesych. s. σὔσωτρον, cod. σώη); de δμωὴ et Τρωὴ infra dicemus [10]). Ex illis vero sex vocabulis θωὴ a parte

10) Topica barytona Οἰνώη et Στρώη, quorum illud addidit Lobeckius Pathol. p. 440 not. 6, hoc M. Schmidtius ad Herodian. Ἐπιτομ. τ. καθολ. p. 118 oxytonesin postulans, nescio an aliena sint. Nam Στρώη, quod Libyae oppidum apud Stephanum Byz. ex Hecataeo commemoratur, η suum Ionicae Hecataei dialecto debere et cum Atticis vocibus in -ώα vel -ῴα componendum esse videtur. Οἰνώη vero, qua forma nominis Orus ap. Steph. Byz. s. Οἴνη appellat oppidum Argolicum, quod alii Οἰνόη vel Οἴνη, apud ipsos incolas Οἰνώα sonare debebat (cf. Ἄρτεμις Οἰνωᾶτις, quae inde appellata est), quemadmodum Elidis oppidum commemoratur Βοινώα Strab. VIII, 388 (β more Eleo pro ϝ), quod vulgo Οἰνόη. Itaque suspicio oritur Doricum Οἰνώα male in Οἰνώη tanquam Atticum conversum aut hanc formam ex Ionico scriptore haustam esse. Ceterum olim et antiquo Sicini insulae nomine

grammaticorum iota addito ϑῳή scribebatur (praeter Theognostum vide quos affert Lobeckius Pathol. 440), idque rectius ut videtur, quum Archilochus fr. 108 trisyllaba forma ϑωιή usus sit, accedente praeterea antiqui tituli Locrici, de quo mox dicemus, auctoritate. Deinde ut a Theognosto ita ab aliis ἀλῳή probatum est propter verbum ἀλοιᾶν inde deductum, vid. Heyne ad Iliad. T. V, 99 et Lobeck Pathol. p. 455 not. 32; neque raro ita in bonis libris ut in Iliadis Veneto N, 588. Σ, 561. 566. Φ, 77. 346 et in Anthologiae Palatino IX, 99. Denique in ipsius Theocriti altero carmine Aeolico vs. 5 legitur ζοΐας (praeter diaeresin vocali correpta ut in ζόης ibidem vs. 20), quanquam ζῳή cum iota teste Lobeckio Pathol. p. 441 nusquam legitur. His igitur ἐρωΐα pro ἐρωή satis firmari videtur, idque ad Aeolicam proprietatem relatum, quum haec potissimum dialectus diaeresin amaverit (Diall. I §. 18), neque temere Bergkius de antiqua scriptione ἐρῳή suspicatus est, quanquam ejus nulla alia vestigia extant. Attamen alia suspicio suboritur. Olim enim (Philol. VI, 1 seqq.) docui, pluralia δμωαὶ et Τρωαὶ quum vulgo ad singularia δμωή et Τρωή referantur, hujus singularem (neglectis grammaticorum commentis) nusquam legi, δμωή vero apud recentiores tantum poëtas Quint. Sm. 5, 560 et Marcell. in Append. Anth. Pal. 50, 25; deinde easdem voces rectius iota addito δμῳαὶ et Τρῳαὶ scribi; postremo genuinas singularis formas δμῷα et Τρῷα esse videri, quarum accentus secundum antiquam legem in nominativo et genitivo singularis et toto plurali καταβιβασμὸν passus sit, ut apud Homerum Sing. N. ἄγυια, G. ἀγυιῆς, D. ἀγυιῇ, A. ἄγυιαν, Plur. ἀγυιαί, ἀγυιάων, ἀγυιῇσι, ἀγυιάς. Ut vero mature Nom. ἀγυιά et Acc. ἀγυιάν (longo α) in usum venerint, quae formae cum reliquis casibus melius concinere viderentur, ita e plurali δμῳαὶ a recentioribus fictum esse singularem δμωή, quae vox aeque ac Τρωή jure abest a canone illo Herodianeo. Eodem vero modo ϑῳή ex antiquiore ϑῷα natum esse documento est antiquissimus titulus Locricus, quem post Oeconomidem Rossius singulari libello edidit. Nam ibi A, 9 ΘΟΙΕΣΤΟ non potest cum editoribus legi ϑῳήστω, i. e. ϑῳὰ ἔστω, quia α productum cum ε non coit in η, sed in ᾱ (ut φωνᾶντα Pind. e φωνάεντα), verum rectius pro ϑῷ' ἔστω accipitur. Apud Homerum bis ϑωή in casu accusativo legitur, N, 669 ϑωὴν ἀλέεινεν et β, 192 ϑωὴν ἐπιϑήσομεν, utrobique versus Homerici legibus formam ϑῷαν non respuentibus. Contra in Archilocheo ϑωιή de ultima producta dubitari non potest. Voces in -ῳᾰ nunc fere ignorantur; unum tamen exemplum paullo certius proferam. De ψῶα, ἡ δυσωδία testantur EtM. 819, 42, Zonar. 1878 (Suid. in spuriis); apud Hesychium est ψώϊα: σαπρὰ δυσωδία (ita cod. teste Schowio, quum Schmidtius ψωϊα sine accentu afferat), unde de iota muto apparet. Usus est ea voce Apollonius Rhodius in fragmento epico, quod servatum est in Etymologico Parisino Anecdd. Pariss. IV, 16, sola ultima EtM. 819, 41. In his Ruhnkenius Ep. Crit. p. 192 ex EtM. recepit ἐπὶ ψῶαν πνείεσκον (Et. Par. corrupte ἐπὶ ψῶον ἀμπνεύεσκον); contra Meinekius Anall. Alex. p. 402 tacite edidit ἐπὶ ψώαν πνείεσκον. At dubitari non potest, quin poëta potius ψώην epicae dialecto convenienter scripturus fuerit, nisi ultima vocis syllaba brevis esset. Apparet igitur ne ψῴα quidem veram esse vocis formam, ut judicarunt Lobeckius Pathol. p. 441 et M. Schmidtius ad Hesych., sed ψῷα. Ut vero vocis ϑωή antiquior forma est ϑῷα, ita suspicari licet de antiqua forma

---

Οἰνοίη et aliis argumentis usus docui rectius Οἰνῴα scribi et Attici demi nomen Κρωῴα analogum esse Zeitschr. f. vgl. Spr. III. 103. Neque tamen quinque illae Theognosti voces in -ωή, nedum sexta, dubitatione carent. Nam quanquam ἀλωά in lexicis temere tanquam Atticum poni videtur (neque extat in canonibus de vocibus in -ωα Arcad. 100, 22. Theogn. 106, 24. Anecdd. Oxx. II, 426, 5), attamen ne ἀλωή quidem neque reliqua in -ωη praeter unum ζωή, quantum quidem video, auctoritatibus vere Atticis fulciuntur, ut suspicari sane possis, Atticos fortasse potius vocali α pro η usuros fuisse.

ἔρῳα pro ἐρωή, quae ab Aeolibus antiquorum tenacibus eo facilius servari poterat, quod eorundem dialectus adeo α productum primae declinationis corripere non dubitabat (Diall. I, 109); diaeresi vero admissa ex ἔρῳα fieri debebat ἔρωια ut Μήδεϊα Diall. I, 12. Apud Homerum vox non legitur nisi in fine versus, ubi etiam ἔρῳα locum tueretur[11]). Accuratius autem quaerenti duae voces ἐρωή distinguendae sunt, quarum altera = ὁρμή, altera rarior = κατάπαυσις ut Il. II, 302. P, 761 πολέμου δ' οὐ γίγνετ' ἐρωή. Hanc apparet componendam esse cum antiqua voce Theotisca *râwa, rôa, ruowa* (quies), quae nunc *ruhe;* Graeca vox ε prostheticum habet ut ἐρυθρός = *rôt* nec pauca alia. Similitudinem etiam hic servat θωή (θῷα), quod componendum cum Gothico *staua* (judicium) et Theotisco *stûên* (luere, büszen); de Germanico *st* pro antiqua aspirata *dh* dixi in Diss. de Themide II p. 64, unde hic commemoro Anglosaxonicum *steám* m. (eá = Goth. áu) = Sanscr. *dhû-ma-s* (fumus), Gr. θυμός, quod ad animum translatum propria significatione in θυμιᾶν servata, Lat. *fumus* (f = dh, θ), Theot. *doum, toum* (fumus). Ad idem vero θωή pertinet rara vox Theotisca (mittelhochdeutsch) *douwen* (luere), cujus littera initialis altera mutatione in t abstinuit ut in voce modo memorata *doum*.

Vs. 7.

Traditum λέπτ', quod Bergkius in λόξ' mutaverat, Th. Fritzschius bene tutatus est collato loco Euripideo Or. 223, quem pleniorem appono: αὐχμώδη κόμην | ἄφελε προσώπου· λεπτὰ γὰρ λεύσσω κόραις. Ut hic Orestes λεπτὰ λεύσσει propter capillum oculos obtegentem, ita ille puer λεπτὰ ἔδρακε vultu demisso et supercilio depresso, quae pudentis sunt, cf. quae infra dicemus; Kreussleri et Arm. Fritzschii gravem errorem, e participio κλέπτον Aristoph. Vesp. 900 adjectivum κλέπτος elicientium, jam Schwabius castigavit. In sequentibus cum Schwabio Bergkium ita sequutus sum, ut codicis lectionem φρύγων non in ὀφρύων, sed in ὀφρύγων mutaverim, quam formam ipse Bergkius fortasse veriorem esse indicaverat. Neque hic neque Schwabius attulerunt Hesychii glossas, quae ὀφρύγων firmare videntur, quibus addo antecedentes:

ὄφρυα: τὰ ὑψηλὰ καὶ ὑπερκείμενα χωρία. τινὲς αἱμασιάς (cod. ὑποκείμενα et ἀμασίας).
ὀφρυάζει: ταῖς ὄφρυσι νεύει.
ὀφρυγνᾶ: ὅλως Βοιωτοί. οἱ δὲ μέσον καὶ ὑψηλόν.
ὀφρυγή: χῶμα (cod. χρῶμα). λόφος. αἱμασιά.

In prima glossa M. Schmidtius aut ὀφρύα (acc. sing.) reponendum censet aut ὀφρύας. Rectius, nisi neutrum ὄφρυον aliunde non cognitum retinere placet, scribetur ὀφρύαι, suadente etiam ultima glossa, quae interpretationem αἱμασιά communem habet. Schmidtius in hac infelicius versatus est, quum solus accentus collato ὀφρύη dubitationem moveat. Corruptior est tertia glossa. Ibi Schmidtius recepit Lobeckii correctionem ὁμοίως pro ὅλως, ultima verba οἱ δὲ μέσον καὶ ὑψηλὸν ut aliena circumscripsit, quae Meinekius ad ὀφρυόεν refert, σιμόν pro μέσον suspicatus (Schm. σεμνόν); ipsum ὀφρυγνᾶ non sollicitatum est, quamvis hoc verbum analogia careat.

11) Ex reliquis vocibus in -ωή apud Homerum ἰωή aeque non extat nisi in exitu versus; ἀλωή in nom. et acc. sing. (nam reliquae formae nihil valent in quaestionem propositam) eodem loco septies I, 540. N, 588. Σ, 561. 566. Φ, 346. ζ, 293. ω, 336, semel in medio versu η, 122 ἀλωὴ ἐρρίζωται, ubi ἄλῳα ferri non posset; postremo ζωή ter in sola Odyssea legitur, et bis quidem ζωήν, ubi versus ζῷαν pateretur, π, 429 κατὰ ζωὴν φαγέειν et ξ, 208 τοὶ δὲ ζωὴν ἐδάσαντο, nominativus ξ, 96 ζωή γ' ἦν ἄσπετος, ubi η numeris stabilitur. Licet conjicere utrumque eorum locorum, qui formas ἀλωή et ζωή tutantur, e recentioribus Odysseae partibus esse, neque tamen quidquam affirmare audemus.

Equidem audeo conjicere: ὀφρυγᾶν ὄρος: Βοιωτοὶ οἴδημ' ἔχον καὶ ὑψηλόν. Conferas glossam ὀφρυόεντα: λοφώδη, ὑψηλόν et de οἴδημα ἔχων = λοφώδης Aristot. Meteor. 2, 8 ἐν ταύτῃ ἐξανῴδει τι τῆς γῆς καὶ ἀνῄει οἷον λοφώδης ὄγκος, tum Ovid. Am. 2, 16 extr. *tumidi montes*. Contractum vero est ὀφρυγᾶν ex ὀφρυγᾶεν (ut Boeoticum Τιλφῶσσα e Τιλφόεσσα Diall. I, 202), quod descendit ab ὀφρυγά = λόφος. Verba ὀφρυγᾶν ὄρος fortasse sunt Corinnae. Utut res se habet, vix dubitari potest quin hac glossa contineatur Boeoticum aliquod vocis ὀφρῦς derivatum, in quo stirps ὀφρυ- assumpserit γ. Ad eandem dialectum referri potest glossa ὀφρυγή = ὀφρύη; nam dialecti proprietas in terminatione apud Hesychium saepius non accurate servata est. Videtur autem etiam alia Hesychii glossa huc pertinere doctis viris obscurissima:

κολοίφρυξ: Ταναγραῖος ἀλεκτρυὼν καὶ ὄρος Βοιωτίας. Comparanda sunt Steph. B. Ἀντικονδυλεῖς, οἱ ἐν Βοιωτίᾳ Κολοίφρυγες, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ τοὺς Θηβαίους ὅρους γράψας et EtM. 526, 1 κολόφρυξ: ὁ ὀλόφρυξ. τὸ κ περισσόν.

Lectio Etymologici verior videtur[12]), quamvis inepta sit etymologia ibi proposita. Nam κολόφρυξ, si justa compositione e κόλος et ὄφρυξ = ὀφρῦς factum judicatur, quomodo ad gallos Tanagraeos adhiberi potuerit, non latet. Quos quum pugnacissimos fuisse constet, non poterat fieri, quin eorum cristae saepe non minus mutilae essent quam insignium pugilum aures. Conferas modo Aristoph. Eqq. 495, ubi ἀλλαντοπώλης verbis a gallorum pugna translatis ad certamen excitatur: μέμνησο νῦν δάκνειν, διαβάλλειν, τοὺς λόφους κατεσθίειν. Facile autem vox ὀφρῦς, quae de montibus dicta cum λόφος et Latino *crista*, nostro *kamm* synonyma est, etiam ad ipsam gallorum cristam (λόφον, kamm) adhibita putatur. Κολόφρυξ igitur est gallus mutila crista, quem nos dicere possumus *stutzkamm*. Nec minus intelligitur montem aliquem Boeotiae, qui mutilatae galli cristae similitudinem praeberet, Κολόφρυξ dici potuisse. Difficilior est Stephani locus, quia de Anticondylensibus nihil praeterea constat; fortasse illi nomine joculari a vicinis aliqua de causa Κολόφρυγες dicti sunt; locus tamen ab excerptore haud dubie male habitus est. — Boeoticum vero ὄφρυξ, ὄφρυγος = ὀφρῦς, quod ex illis glossis elicitur, et Lesbiacum ὀφρύγων, quod codex carminis Theocritei sistit, quum alterum altero satis firmari videantur (nec pauca dialectis Aeolicis Boeotorum et Lesbiorum communia sunt), quaerere restat, unde illud γ voci accedere potuerit. Schwabius id in locum antiquioris digammi successisse putat, nisi ipsum ὀφρύϝων, id quod praefert, restituendum sit. At digammi ab ipso poëta scripti in toto carmine, ut Bergkius recte notavit, nullum vestigium, nec magis in reliquis Theocriti Aeolicis. Potuisse eam litteram olim post υ ante sequentes vocales inseri, potuisse etiam postea in γ mutari non nego; veri tamen similius mihi videtur γ ex antiquo j natum esse inter vocales inserto, cf. Diall. II, 241. 571, ubi ad eum hujus litterae usum revocavi ἡρώιων, βασιλῆιος, γονήιων in titulis inventa. Ut autem j in variis linguis saepe in g abisse constat, ita etiam illud g, quod Latina lingua aliquoties inter vocales insertum habet, ut in *stra-ges, se-ges*, eandem originem sapit, nec minus quod in lingua Neograeca saepe similem in modum additum reperitur, ut πταίγω, μυῖγα, γεύγομαι, cf. Giese Dial. Aeol. p. 295, Mullach Gramm. ling. Graec. vulg. p. 140 seqq. Constat autem et linguam Latinam et Neograecam haud pauca cum dialectis Aeolicis communia habere. Eadem mutatio est in Hesych. ὠγή: φάλαγγος τὸ

---

12) Nolo tamen κολοίφρυγες mero librariorum sphalmati tribuere, sed agnosco vitiosam illam pronuntiationem, qua saepius brevibus vocalibus ante sequentem consonam, potissimum ante duas sequentes, iota adficitur. Ejus generis sunt in titulis Boeoticis Θειoπεῖος et ϝΑστυμειδόντιος Diall. II, 518, in Doricis παρείσχημαι et ἐπιφαείστατος II, 341. 190, in Ionico C. I. nr. 2691 ἐξαιθραπεύοντος = σατραπ-, tum Aeolicam παίτρα pro πάτρα Diall. I, 96, quibus alia haud pauca addi possunt cf. Keil Anall. Epigr. p. 93.

ἔσχατον καὶ τὸ ἄκρον, cf. ὦ ι α ι: ἄκραι, ἔσχατα. Utrum vero γ illud intersertum revera etiam in nominativum singularem transierit, an grammatici formam κολόφρυξ secundum reliquos casus finxerint, ambigi potest. Simillimum est γ έ ν υ ξ: πέλεκυς Hesych. (post γ έ ν τ ε ρ) pro γένυς, quam glossam non audeo in dubitationem vocare, quanquam in glossa π υ ρ σ α ῖ ς γ έ ν υ ξ ι ut ex Eurip. Phoen. 32 petita recte γένυσι restitutum esse videtur. — Quod judice Bergkio „δι' ὀφρύων nihil aliud est quam quod pedestri oratione μετ' ὀφρύος dici solet", ego quidem fateor me nescire, quis dixerit μετ' ὀφρύος (βλέπειν vel δέρκεσθαι) et quo sensu etiam huic loco convenienti illud dici potuerit. Compara potius Posidipp. Anth. Pal. App. 68, 6 ἀμαυρὰ βλέφας ἐκ πελίων νωδὸς ἐπισκυνίων (ἐπισκύνιον = ὀφρῦς). Nam supercilio depresso oculos obtegere et severi tristisque est et pudentis, cf. Ruf. de partt. corp. hum. p. 24 αἱ δ' ἔσχαται τοῦ μετώπου ῥυτίδες ἐπισκύνιον, ὅπερ ἐπάγομεν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἢν πρὸς ἑαυτοὺς φροντίζωμέν τι ἢ αἰδώμεθα. Itaque puer pudens supercilio demisso et capite insuper inclinato hyperbole quadam per supercilium tuitus esse dicitur.

Vs. 10.

Criticorum supplementa non ea sunt, quae novum tentamen fieri vetent. Itaque quanquam nudum ἕλκος ἔχων ferri potest (cf. Callim. fr. 43), malui tamen et loci, ubi vulnus conceptum sit, designationem et epitheton aliquod gravius addere, cf. Theocr. XI, 15 ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος de Polyphemo amante. Cui loco simillima sunt quae posui; nam ὑποκάρδιον ἕλκος Scholia interpretantur ἐν τῷ ὑπὸ τὴν καρδίαν ἥπατι, ex qua interpretatione natus est versus vulgo sequens, quem ejeci. Adde Bion. I, 17 μεῖζον δ' ἁ Κυθέρηα φέρει ποτικάρδιον ἕλκος. Et καρτερὸν ἕλκος dixit Homerus Il. Π, 523.

Vs. 11.

Dativum ἐμαυτῷ a Bergkio positum Th. Fritzschius recte repudiavit, quod amator non secum, sed cum animo suo tanquam alio colloquatur. Vocem εἰσκαλέσας, quam uterque quo sensu retinuerit, ipsis tacentibus obscurum est, Arm. Fritzschius et Schwabius recte senserunt corruptam esse. Neque tamen ἐγκαλέσαις vel ἐγκαλέσας reponentes, hic praeterea θυμῷ, ne cum illo contra grammaticam peccaret, verum vidisse videntur, sed latet, nisi fallor, aliquid reconditius. Itaque πολλὰ δ' εἰσκαλέσας mutavi in π ο λ λ ὰ δ ὲ σ κ α λ ί σ α ς. Verbum σκαλίζω, cum σκάλλω et σκαλεύω synonymum, non solum testimonio Phrynichi p. 24, 39 Bekk., sed etiam derivatis σκάλισις, σκαλιστήριον, aliis stabilitur. Usitatiora verba σκάλλω et σκαλεύω, proprio sensu de sarriendo vel sarculando dicta, metaphorice in Latini verbi *scrutari* potestatem transierunt, cf. Hesych. ἔ σ κ α λ λ ο ν: ἀνεζήτουν, ἀνηρεύνουν — ἐ σ κ ά λ ε υ ε ν: . . . ἀνελογίζετο. — ἀ ν α σ κ α λ ε ύ ο ν τ ε ς: . . . ἐρευνῶντες; EtM. 385, 14. 717, 20 ἐ σ κ α λ ε υ κ ό τ ε ς: . . . ἐρευνήσαντες; Phot. ἔ σ κ α λ ε ν (leg. ἐσκάλλεν): ἐσκάλευεν, ἠρεύνα; Suid. ἔ σ κ α λ λ ο ν: ἐσκάλευεν, ἠρεύνα, ἀνεζήτει (quae glossa pertinet ad Psalm. 76, 7). — ἀ ν α σ κ α λ ε ύ ω ν: . . . ἀναλογιζόμενος. Apud recentiores ἀνασκαλεύειν saepius eo sensu legitur. Hinc σκαλίσας θυμὸν ἐμαυτοῦ interpretor *„animum meum scrutatus"*, ut Tacitus Hist. 4, 55 dixit „hi secretis sermonibus animos ceterorum scrutari". Synonymum verbum ἐρευνᾶν perquirendi notionem habet Eur. Hec. 1174 ἅπαντ' ἐρευνῶν τοῖχον. Accurate vero eam sententiam, quam hic in σκαλίζειν inesse volumus, exprimit ἐξετάζειν c. acc. personae. Scrutatur autem et excutit amator animum suum interrogando. — In fine versus mutilum διέλεξε (Zieglero tamen teste διέλυξε) Bergkius mutavit in διελεξάμαν, quod reliqui tenuerunt. Dativum, quem hoc verbum requirit, et Bergkius et Schwabius reposuerunt, ille

ἐμαυτῷ scribendo contra poëtae mentem, hic θυμῷ, ne hoc quidem probabiliter. Ipse facili correctione et sententiae accommodatissima restitui διέλεγξ' ἐγών, cf. Hesych. διελέγχοντος: αἰσχύνοντος, μεμφομένου, unde apparet ἐμεμψάμαν vs. 24 aptissime cum hoc διέλεγξα esse synonymum. De augmento omisso cf. κτίσσε in 'Ηλακάτῃ vs. 17. Accusativus θυμὸν non minus huc pertinet quam ad σκαλίσαις.

Vs. 12.

Traditum ἐπόης Bergkius in ἐπόησ', i. e. ἐπόησα, mutasse videtur, quia amatorem secum, non cum animo, colloquentem fecerat, insequentium parum memor; idem τοῦτο edidit pro ταῦτ' Arm. Fritzschius et Schwabius auctore Kreusslero e codice restituerunt ταῦτ' ἐπόης. At neque imperfectum loco satis convenit neque τί δὴ ταῦτ' cum illis intelligi posse videtur „quid est hoc quod"; si vero interpreteris „cur haec faciebas", ut toleres imperfectum, sententia tamen turpiter claudicat. Neque θυμὸς aliquid ἐποίησεν, sed e contrario ἔπαθεν. Recte igitur Th. Fritzschius sensisse videtur, graviorem corruptelam subesse, quanquam ipsi non contigit ut probabilem medelam inveniret. Mihi primum δὴ ταῦτ' ἐ- ex δηὖτε natum esse videtur, quae particula poëtis non Atticis propria in varias formas depravata esse solet, ut Sapph. 1, 15. 16. 18, ubi aeque in interrogatione est, sicut eadem Archil. 62. Hoc vero loco nescio an ab antiquiore librario, qui vulgarem ejus particulae formam δῆτα inferre vellet, τα superscriptum fuerit eoque male inserto id natum sit, quod in codice legitur. Neque enim hanc voculam ex δὴ αὖτε crasi factam, ut vulgo credunt, sed particulae δή auctam formam esse, ab Attico δῆτα sola dialecto diversam, olim docui. Jam hoc δηὖτε restituto facile perspicitur in -πόης vel -πόῃς (i. e. πόηισ), quod Zieglerus e codice attulit, latere πτόϊησ', i. e. πτοίησαι ab Aeolico πτοίημαι = πτοιοῦμαι, verbum sententiae aptissimum, quippe quod de vehementissimo amore frequentetur. Forma ἐπτόασεν, quae legitur Sapph. 2, 6, minime obest, quin nostrum πτόϊησαι vere Aeolicum existimetur. Nam vocalis pariter anceps est in ἐκπεποταμένα Sapph. 68, 4 et ποτέονται Alc. 43; diphthongus vero οι Aeolice non minus poterat diaeresin pati quam iota ejecto correptionem, cf. χρόϊαισιν Sapph. 21 et πόας Sapph. 54, Μήδεϊα Sapph. 162 et ἀλάθεα pro ἀλήθεια Diall. I, 100. De accentu post diaeresin factam vid. Diall. I, §. 3, 2. Ceterum nolui perfectum ἐπτόϊησ', quanquam hoc multo frequentius est, quia Aeolica proprietas πεπτοίημαι postularet (Diall. I, 147). Vocem ἀλοσύνα Bergkius altera interpretatione recte cum ἠλοσύνη, quo Nicander usus est Al. 420, et adjectivo ἠλὸς composuit, minus recte eandem ad sequentia traxit, quanquam in codice post eam distinctum est. Nam ἔσχατον ἀλοσύνας usu jubente vix aliter licet interpretari quam „extrema vesania", quod cum interrogativo τί in aptam sententiam non coit. Junge potius τί ἀλοσύνας *„quid vesaniae"* i. e. „quam vesaniam", cf. Soph. Aj. 314 ἐν τῷ πράγματος, ut hic accusativus pendeat ab πτόϊησαι; potest enim secundum notum Graecorum usum dici πτοιεῖσθαι ἠλοσύνην, quia ἠλοσύνη et πτόα vel πτόησις synonyma sunt. Jam τί ἔσχατον ἔσσεται intellige *„quid ad extremum fiet"*, ut ἔσχατον pro adverbio sit. Restat ut quaeramus, qua ratione τί ἔσχατον pronuntiandum sit. Bergkius parum recte aphaeresin fieri jussit (τί 'σχατον, quod ipsum receperunt Arm. Fritzschius et Schwabius), quum aphaeresis nisi post longas vocales fieri non possit, vide disputationem meam de Crasi et Aphaeresi p. 22. Neque rectius crasin agnoveris, quum vocalis ι cum sequenti vocali crasi junctae nullum exemplum reperiatur (neque enim moror quaedam temere ficta) neque interrogativum τί cum ἔσχατον sub unum accentum coalescere possit, qua conditione crasin contineri docui l. l. p. 3. Restat elisio, quae quum a pronomine τί vulgo aliena sit, in Aeolica tamen dialecto ferri posse videtur. Primum enim ὅττι, quo ipsum illud τί continetur, elisionem

passum est Sapph. 1, 17, neque quominus hinc de simplici τί judicemus, gravius accentus pondus obstat, quod in monosyllaba voce elidendo perire necesse est; nam etiam monosyllaba vox σά, vix minus gravis, elisione afficitur, ut Hom. Il. Z, 490, Od. α, 356, ξ, 185, φ, 350. Tum dialectus Aeolica in elisionis usu omnino ad Latinae linguae leges ita accedit, ut etiam diphthongos, quas in reliquis dialectis non licet, et longas vocales elidi patiatur. Cujus rei primum certiora documenta sunt ἔμ᾽ αὔτῳ Alc. 72 et ἔμ᾽ αὔτᾳ Sapph. 15 B. (= ἐμαυτῷ, ἐμαυτῇ), quae Apollonius, gravissimus auctor, de pron. p. 103 ἐν παραθέσει vel ἐν διαλύσει, non σύνθετα esse testatur, ut appareat dativi ἔμοι diphthongum elisam esse contra quam in aliis dialectis licet. At idem Apollonius deinceps Aeolica exempla affert pronominis reflexivi, quae vere σύνθετα sint, ut σαύτῳ, unde Bergkius etiam in illis locis grammatici auctoritate spreta potius ἐμαύτῳ scribi jussit et ἐμαύτᾳ edidit. Audiamus Apollonium, qui post illa ἔμ᾽ αὔτῳ et ἔμ᾽ αὔτᾳ allata in hunc modum pergit: ἀλλ᾽ ἐμάχετο τὸ νόω δ᾽ ἑαύτω πάμπαν αερρει (Alc. 78) ἅπερ ἀσύνηθες ἐν ἁπλότητι μὴ οὐχὶ τὸ ε̄ προσλαμβάνειν. καὶ ἔτι ὁμοίως παρὰ τῷ αὐτῷ Ἀλκαίῳ ἐν ἑβδόμῳ· σὺ δὲ σαυτω τομαὶς εση (Alc. 87) αλλα σαυτω μετεχων αβασ προσποσιν (Alc. 101). πῶς γὰρ τὰ τοιαῦτα σύνθετα τῶν πρώτων ἐν διαλύσει ὄντων; δῆλον οὖν ὡς ἀνώμαλος ἡ ἀνάγνωσις τῶν πρώτων πρὸς τὰ ἑξῆς. In his Bergkius ad Alc. 87 audacius verba tertii fragmenti ἀλλὰ σαύτω μετέχων ἄβας post primum fragmentum transponenda censet; tum demum intelligi, quo jure Apollonius ἅπερ, non ὅπερ dixerit. At ἅπερ potius est *utpote* rariore usu, sed ab Apollonii dictione non alieno, velut p. 84. A τὸ γὰρ τοιοῦτον (sc. ν ἐφ.) ἐν τῷ ἔλεγεν καὶ λέγουσιν, ἅπερ ἐν βραχυκαταλήκτοις. Junge autem secundum Apollonii consuetudinem ἐμάχετο τὸ ἑαύτω, ἅπερ ἀσύνηθες ἐν ἁπλότητι μὴ οὐχὶ τὸ ε̄ προσλαμβάνειν· et intellige „ἑαύτω in hoc Alcaei loco adversatur exemplis antea allatis (ἔμ᾽ αὔτᾳ, ἔμ᾽ αὔτῳ), quippe cujus simplex semper τὸ ε̄ assumere soleat". Hoc simplex (τὸ ἑαύτω ἐν ἁπλότητι) est pronomen οὗ; tria enim genera personalium grammaticus distinguit: τὰ ἐν ἁπλότητι ut ἐμοί, τὰ ἐν παραθέσει ut ἐμοὶ αὐτῷ vel Aeolice ἔμ᾽ αὔτῳ, τὰ ἐν συνθέσει ut ἐμαυτῷ. Jam vero apparet illa verba, ut leguntur, sano sensu carere. Duplici autem medela egent, sed ea levi. Primum Alcaei verba me ipso praeeunte nunc leguntur νόον δὲ ϝαύτω πάμπαν ἀέρρει. Non difficilius scribetur νόῳ δὲ ϝαῦτον vel rectius secundum Apollonii mentem νόῳ δ᾽ ἔαυτον πάμπαν ἀέρρει „cogitatione se effert". Deinde τὸ ε̄ mutandum est in τὸ ϝ, quae littera solito errore corrupta est. Grammaticus igitur ἔαυτον, quod in codice suo invenerat, dicit non posse ἐν παραθέσει scribi ἓ αὖτον, ut apud Homerum sunt ἓ αὐτὸν Od. ϑ, 396. ϱ, 387 et ἓ αὐτήν Il. Ξ, 162. P, 551 (quae rectius hiatu sublato scribenda sunt ἕ᾽ αὐτόν et ἕ᾽ αὐτήν, ut plenior forma ἑέ elisionem passa sit), quia simplex ἓ apud Alcaeum digamma carere non possit. Aegre tamen nobis persuademus, antiquiores Aeoles in simplici pronomine tertiae personae digammi tenacissimos in reflexivo inde composito eandem litteram neglexisse; quare eo inducimur ut suspicemur, lectionem ab Apollonio inventam inde natam esse, quod antiquissima scriptione ΔΕϜΑΥΤΟΝ facili errore in ΔΕΕΑΥΤΟΝ corrupta a recentiore librario prius E in elisione omissum esset, quum vetusto more relictum esse videretur. Jam igitur restituendum est δὲ ϝαῦτον vel potius compositi praeferendi causa remota δὲ ϝ᾽ αὖτον, ut apud Homerum est σ᾽ αὐτὸν Il. K, 389. X, 351. Od. ι, 406. τ, 288. In secundo Alcaei loco fr. 87 recte dativus reflexivi editus est „σὺ δὲ σαύτῳ τομίας ἔσῃ" (vel ἔσσῃ), quae alludunt ad Hesiodeum ἶν δ᾽ αὔτῳ ταμίης θανάτου ap. Apoll. de pr. 106. A. In tertio loco Alc. 101 Bergkius praetulit genitivum „ἀλλὰ σαύτω μετέχων ἄβας [πρὸς πόσιν]", haec ultima, ut supra dictum, ad fr. 87 trahens. Locus tamen ita habitus est[18]), ut de casu aliquid

18) Suspicor: ἀλλὰ σαύτῳ | μέτρ᾽ ἔχων ἄβας πρόποσιν [στύγησον]. Cod. μετεχων et προσποσιν, quorum illud

certi statui non possit; itaque ipse dativum σαύτῳ teneo. Apparet autem, hunc parathesi servata etiam σ' αὔτῳ scribi posse ut ἔμ' αὔτῳ, id quod Apollonius non postulasse videtur, quia hic parathesis a synthesi accentu distingui non posset. Ut vero omnes illi loci ad aequabilem parathetorum usum facile redigi possunt, ita, quominus cum Bergkio ubique syntheta praeferamus, accuratius de reflexivorum origine quaerendo prohibemur. Constat enim, quum ab origine pronomina personalia simplicia simul reflexivorum vice functa essent, apud Homerum prima initia comparere notionis reflexivae addito pronomine αὐτός roborandae, sed nusquam hoc cum personali in unam vocem coaluisse, id quod apud recentiores factum est. *Iones*, ut ab his ordiar, habent reflexiva ἐμεωυτοῦ, σεωυτοῦ, ἑωυτοῦ, quae crasi ex ἐμέο (σέο, ἕο) αὐτοῦ facta esse praeeunte Eustathio ad Il. T, 413 recte agnoverunt Buttmannus Gr. I, 295 et Bredovius dial. Herod. p. 200. Apparet autem dativos et accusativos ἐμεωυτῷ, ἐμεωυτόν etc. et pluralem ἑωυτῶν etc. illam vocalium rationem, quae in genetivis justa crasi nata est, per synecdromen assumpsisse. De alia reflexivorum Ionicorum forma ex Apollonio de pr. 94. B. C. constat, ubi Ionibus tribuit ἐμωυτοῦ et ἐμωυτόν (hoc Zenodotus etiam Homero male obtruserat Il. A, 271), crasi facta significans in eum modum, ut accusativus genetivum imitatus aut in illo ᾰ Ionice in ω mutatum sit. Videtur igitur ἐμωυτοῦ ex ἐμοῦ, quod ab Iade abhorret, et αὐτοῦ conflatum putasse; rectius ε ante sequentem diphthongum ejectum esse judicaveris aut hoc genus a dativo profectum esse (velut ἐμωυτῷ ex ἐμοὶ αὐτῷ) ut alterum a genetivo [14]). In *Attica* dialecto itidem duplex genus reflexivorum extat. Alterum plenioris formae (prima persona deficiente), σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ etc., a priore genere Ionico nulla alia re differt, quam quod Atticis crasis legibus paruit. Nam σεαυτοῦ ex σέο αὐτοῦ factum est ut ταὐτό ex τὸ αὐτό, unde Ionice τωὐτό. Consentaneum est ut etiam alteri generi Attico, ἐμαυτοῦ σαυτοῦ αὑτοῦ etc., eandem originem vindicemus atque alteri Ionico et σαυτοῦ aut ex σεαυτοῦ ejecto ε factum esse putemus aut ad dativi σαυτῷ, ex σοὶ αὐτῷ per crasin facti, similitudinem conformatum, neque aliter reliqua. *Doris* genuinis reflexivis e pronominibus personalibus et αὐτός vel συνθέσει vel παραθέσει factis prorsus abstinuisse videtur. Puriores certe et antiquiores fontes nulla ejus generis exempla habent; sed reflexivi omnibus personis communis vice modo simplex pronomen αὐτὸς fungitur, ut jam apud Homerum saepe, modo pronomen Doribus proprium αὐταυτοῦ (Diall. II §. 33, 5). Neque magis poëtae *melici*, qui, quum vulgo Dorici dicantur, potius dialectum varie temperatam habent, illis reflexivis usi esse videntur. Apud Pindarum unum exemplum legitur fr. 74 ex Scholl. Theocr. I, 3, ubi vulgo „τὸ σαυτοῦ μέλος γλάζεις“ cum interpretatione ἑαυτῷ ᾠδὴν ᾄδεις, quum in codice k. (qui in scholiis haud raro aliis inferior) sit τὸ ἑαυτοῦ, in 5. Bar. τοσαύτα, in Gen. [b] τὰς αὐτοῦ, ut appareat lectionem incertissimam esse. Suspicor nunc Pindarum dedisse τοῖς αὐτοῦ noto genere circumscriptionis usus pro σεαυτῷ. Neque in reliquis ejus generis reliquiis lyricis reflexiva vel syntheta vel paratheta invenio [15]).

---

vel dialecti nomine suspectum est, quae πεδέχων postularet. Ἄβα = ἥβη est *oblectatio convivalis* ut ἥβη Pind. P. 4, 295. Eur. Cycl. 522; μέτρ' ἔχων ἄβας dictum ut Theogn. 475 μέτρον γὰρ ἔχω. μελιηδέος οἴνου, cf. Anth. Pal. XII, 199 ἄρκιον ἤδη μοι πόσιος μέτρον. Intellige igitur „ubi tibi satis voluptatis perceperis“. Ad reliqua confer Critiam in elegis contra propinationes ὑπὲρ τὸ μέτρον invehentem fr. 2, 3. 23 et Theognidis elegiam symposiacam vs. 475 seqq. Metrum est Sapphicum ut in stropha item symposiaca fr. 36.

14) Anacr. fr. 65 a Bergkio scriptum est χθόνιον δ' ἐμαυτὸν ἦρεν. Nisi gravius vitium latere Bergkius recte suspicatur, certe restituendum est ἔμ' αὐτόν. Ceterum, ut editum est, abest notio reflexiva.

15) Commemoratu tamen dignus est incerti lyrici locus Adesp. 41 Bgk. ab Apollonio de pr. 58. A servatus, qnanquam reflexiva notio non inest: μήτ' ἐμῶ αὐτᾶς | μήτε κασιγνήτων πόδας ὠκέας | τρύσῃς. Ubi si Bergkius auctore

Apud *Theocritum*, qui et ipse Doride temperata utitur, quamvis sit recentior, tamen poenitet retinuisse τὸν αὑτῶ ἄνυε πικρὸν ἔρωτα I, 92, ubi cum aliis libris etiam optimum k. spiritum lenem recte tueri e repetita Ziegleri collatione cognitum est; deinde XV, 130 Κύπρις ἔχοισα τὸν αὑτᾶς χαιρέτω ἄνδρα, ubi L. recte αὐτᾶς, k. p. 9 teste nunc Zieglero αὐτῆς ut M. Restat in genuinis Theocriti unum vulgaris relativi exemplum τὰν σαυτῶ πατέων V, 61, ubi vix dubito quin ipse poëta αὐτῶ scripserit [16]). — *Elegiaci* poëtae epicam dialectum Ionica, partim etiam Attica vel Dorica temperaverunt. Quorum in reliquiis pronominis αὑτοῦ exempla, quae olim legebantur, nunc spiritu secundum meliores libros mutato omnia sublata sunt; restat unum τὴν σαυτοῦ φρένα τέρπε Mimn. fr. 7, qui locus inter Theognidea vs. 795 repetitur. Ubi αὐτοῦ restituendum, nisi quis Mimnermi Ionismo σωυτοῦ concedere malit. — Consulto *Hesiodum* reservavi. Apud hunc quibusdam reflexivi αὑτοῦ exemplis recte propulsis jam unus locus superest Th. 126 „Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ | Οὐρανόν. Ubi quum ἑαυτῇ simul peccet contra Homericum usum reflexiva syntheta spernentem et propter digammi vim neglectam aliquid offensionis habeat, in utramque partem opem feres ἕ' αὐτῇ scribendo, i. e. ἑοῖ (ἑϝοῖ) αὐτῇ diphthongi elisione Aeolica admissa, ut Hesiodi dialectus plura Aeolica habet ab Homeri dialecto aliena.

Ad Aeolicam igitur dialectum reduces facti sumus, de cujus reflexivis jam certius judicari licet. Quum enim in nulla dialecto praeterquam in Ionica et Attica certus reflexivorum synthetorum usus reperiatur, in his vero dialectis synthesis crasis ope facta deprehendatur, qua quum primum antiquae genetivorum formae ἐμέο σέο ἕο (vel dativi ἐμοί, σοί, οἷ) cum pronomine αὐτὸς coaluissent, eadem vocalium ratio etiam in reliquis casibus servata est, sequitur ut reflexiva syntheta aut ab Aeolide aliena fuisse judicandum esse videatur aut simili crasis genere etiam in hac usa. Quum autem Aeoles, quemadmodum omnes dialecti praeter Atticam vocales o α crasin passas in ω conjungerent (Diall. I, 104), syntheta Aeolica, si qua erant, aut ἐμεωυτῶ σεωυτῶ ἑωυτῶ aut ἐμωυτῶ σωυτῶ ὠὑτῶ sonare necesse erat. At tituli reflexivum ἑαυτοῦ Aeolibus vindicare videntur. Nam quanquam accusativi ἕαυτον in Cymaeo C. I. nr. 3524 l. 34. 43. 50, Lampsaceno nr. 3640 l. 20. 26 et Mitylenaeo Conz. V, 1, ἑαύταν Mityl. nr. 2168. c

Bekkero recte edidit ἐμῶ αὐτᾶς, hoc fragmentum necessario ad Alcmanem referendum est. Nam ἐμῶ = ἐμοῦ ex ἐμέο severioris Doridis est, qua Lacones, Tarentini, Cretenses, Cyrenaei usi sunt, quippe in qua vocales εο in ω contrahi potuerint (Diall. II, 212); et affertur ab Apollonio e Rhinthone Tarentino genitivus ἐμῶς, cf. ἐμέος ἐμέο, ἐμοῦς ἐμοῦ, ἐμεῦς ἐμεῦ Diall. II, 248. Jam vero inter poëtas lyricos, qualem fragmentum illud prae se fert, nullus praeter Alcmanem severiore Doride usus est, quem Apollonius saepius ascivit. At unicus Apollonii de pr. codex praebet εμ' ωὐτας, neque grammatici verba „τὸ ἀνάγνωσμα διέσταλκε δυσὶ περισπωμέναις", insuper σύνθετον agnosci posse negantis, crasin, quam in lectione ἐμῶ αὐτᾶς pronuntiando fieri oportet, scribendo exprimi vetant. Legit enim ἐμῶυτᾶς, ut Hom. Il. A, 278 scriptum erat Πηλείδῃθελ' (vid. Scholl. A et ad Θ, 229), duplici accentu significante etiam crasi facta duas voces discernendas esse, id quod illic Apollonius necessarium esse judicabat, quia verum syntheton notione reflexiva deficiente agnosci non posset. Neque tamen hoc ἐμῶῦτᾶς rectius ad alium lyricum referri potest. Ut enim statuas ex ἐμέο αὐτᾶς factum esse ἐμεωυτᾶς Doricae crasis legibus convenienter, tum ejecto ε ἐμωυτᾶς, prior tamen circumflexus in hac origine nihil excusationis habet, neque video, unde ἐμῶυτᾶς cum duplici circumflexo coalescere potuerit nisi ex ἐμῶ αὐτᾶς. Satis vero probabiliter hoc fragmentum ad Alcmanis hymnum in Dioscuros referri posse videtur, cui fr. 10 in Bergkii editione tertia, quod Alcmanem de Dioscurorum expeditione Aphidnensi egisse testatur, postliminii jure vindicandum esse alio loco docebo. In illo enim, nisi fallor, Helena a Theseo rapta hunc compellat.

16) Vereor etiam ne Bio 4, 15 pro αὐτός ἀφ' αὐτῶ potius scripserit αὐτὸς ἀπ' αὐτῶ, cf. Diall. II, 274. Pseudo-Theocritea ἐμαυτὸν Inc. III. (Th. XXI), 41 et σαυτῶ Inc. VII (Th. XXVII), 15 non moror.

Add. facile removeri possunt divisim scribendo ἓ αὖτον, ἓ αὔταν, restant tamen ἑαύτω in Mitylenaeo Conz. VIII, 1 et ἑαύτοις in Lampsaceno nr. 3640 l. 35. At ille recentior est, ad Pompejum pertinens; Lampsacenus vero, qni Aeolicae alicujus urbis decretum Lampsaci positum continet, antiquior quidem aliquanto, sed lapicidae Aeolidis ignari culpa aliquoties in vulgaria corruptus, cf. Diall. I, 7. De genuina igitur Aeolide nihil illinc colligi potest.

Haec fusius disputanda erant, ut appareret, paratheta Aeolica ἔμ' αὔτῳ et ἔμ' αὔτᾳ, de quibus Apollonius testatur, undique confirmari, syntheta vero ἕαυτον et σαύτῳ, quae idem toleravit, reliquo Graecorum antiquiorum usu comparato, perquam suspecta esse. Neque enim aliter defendi possunt, quam si ponamus, synthetis etiam accusativos potuisse subesse, cujus originis in reliquis dialectis nulla certa vestigia, ut ad σαῦτον ex σε αὖτον genitivus σαύτω et dativus σαύτῳ se applicaverint, neque aliter in ἐμαύτω et ϝαύτω, praeterea illud ἕαυτον ad pleniorem formam ἑέ (ἑϝέ) revocantes, de qua ex Lesbiorum dialecto non constat. Mihi quidem probabilius videtur, reflexiva syntheta ut ab usu Homerico et a Doride ita a genuina Aeolide aliena fuisse, quo concesso elisionem diphthongi οι non solum in ἔμ' αὔτῳ et ἔμ' αὔτᾳ, sed etiam in σ' αὔτῳ factam esse negari non potest. Et ejusdem diphthongi elisio, quae a reliquis dialectis aliena est (voculis encliticis partim exceptis) comparet etiam in Ψάπφ' Sapph. 1, 20 pro Ψάπφοι, quod vulgo minus probabiliter ad breviorem nominis formam Ψάπφα revocatur. Videri etiam apud Homerum et Pindarum insolentes aliquas diphthongorum οι et αι elisiones ad Aeolismum horum poëtarum pertinere, admonui in diss. de Crasi et Aph. p. 18 et supra eodem retuli Hesiodeum ἑαυτῇ, rectius ἕ' αὐτῇ. Ipsos vero Aeoles in licentia elidendi etiam ulterius progressos esse, docent exempla pro tanta Aeolicarum reliquiarum paucitate satis multa. Elidi enim oportet diphthongum ει in κωλύει αἴδως Alc. 55, deinde longam vocalem ω in ὠράνω ἀπ' αἴθερος Sapph. 1, 11, tum εαι synizesi in unam syllabam conjunctum in κείσεαι οὐδὲ Sapph. 68, ut alia incertiora omittam. Nam crasis, quam Bergkius illis locis fieri vult, contra ipsius naturam peccat, quam idoneis argumentis mihi videor olim satis illustravisse. Neque tanta elidendi licentia in Aeolica dialecto mira videri potest. Cui quum barytonesis et inde inclinatio quaedam ad ultimas vocabulorum syllabas corripiendas (Diall. I § 20, 2 et §. 21, 2. 8) cum Latina lingua communes sint, modo non necessario colligitur, vocales vocabula claudentes ut apud Romanos ita apud Aeoles minus ponderis habuisse, ut etiam longae vocales et diphthongi in syncrusi infra unam moram debilitari potuerint, quam vulgo elisionem dicunt. — Quum igitur satis credibile esse videatur, Aeoles elidendi easdem leges sequutos esse atque Latinos, ne illa quidem elisio, quam in τί ἔσχατον fieri jussimus, aliquid offensionis habere potest. Malui autem perspicuitatis causa vocalem elisioni obnoxiam scriptam servare, ut factum est aliquoties a grammaticis et in antiquis titulis, semper apud Latinos.

Vs. 13.

Ultimam versus vocem τρία quod Bergkius, sagacissimus criticus, non in τρίχας mutavit, quae emendatio certissima et a Th. Fritzschio inventa est et cuivis se obtrudere videtur, sed mirum quoddam τρίας posuit, valde mirarer, nisi suspicio quaedam esset, tres illos crines celebratissimos, quibus nunc Germaniae salus continetur, ejus animo obversatos esse. Majore difficultate premuntur corrupta οὐκ ἐπίσθης θ' Z. vel οὐκ ἐπύσθησθ' St. Varia criticorum tentamina aut gravius contra dialecti leges peccant aut a traditis litteris longius recedunt, quam ut probabilia videri possint. Minime eodem vitio laborat, quod ipse posui, οὐκ ἐπύθησθ'. Nam ι pro υ codex praebet in πεδιμαλικῶ 20, μιελόν 21, φίλον 31; si vero Studemundus accuratius ϋ enotavit, haec ipsa littera est υ, quod quum in codice ab ν difficulter discernatur (vid. Discrep.

Cod. vs. 27. 28), tamen punctis illis superpositis noscitur, cf. Bast. Comm. Palaeogr. p. 718. 727. 735. Agnosco autem Aeolicum verbum ἐπύθημι = ἐποθέω cum φροντίζω synonymum, cf. praeter Homericum ὄθομαι = φροντίζω Hesychiana ὄθη: φροντίς, ὤρα, φόβος, λόγος - ὀθεύει: ἄγει, φροντίζει — ὀθέων: φροντίζων — ὄθεσαν: ἐπεστράφησαν. De praepositione cf. μέλεσθαι ἐπιμέλεσθαι. Denique υ pro vulgari ο in Aeolide non rarum est (Diall. I, 81 seqq.), cujus rei causa ibi maxime apparet, ubi in antiquissima lingua fuerat syllaba *va*, quae in lingua Sanscrita et reliquis cognatis saepe in *u* contrahitur, in Graeca et Latina etiam in *o*, de qua re dixi in diss. de Δρῦς p. 8, cf. quae supra ad vs. 2 dicta sunt de Aeolico πέσυρες et Dorico τέτορες ex antiquo *kvàtvar* (Sanscr. *k'atur*) natis. Eo vero pertinet illud ὄθομαι cum ὄθη etc. Nam e radice Sanscrita *vadh* (pulsare, ferire) accedente guna, quem dicunt, factum est *vâdh* (vexare, perturbare) cum substantivo *vâdhâ* f. (tormentum, cruciatus, dolor). Ut vero ἀλέγω cum ἄλγος conjunctum est, nostrum *sich kümmern* cum *Kummer*, ita credibile est synonymum illis verbum ὄθομαι ad radicem *vadh* referendum esse, Aeolice vero eam stirpem antiquiorem formam ὑθ (ex ϝαθ) servasse. Cur in ἐπύθῃσθα iota subscripserim, mox apparebit. — Pro φόροις, quod codex praebet, Bergkius edidit φόρεις, quanquam φόρῃς, quod et ipsum e φόροις elici posse dicit, genuinam formam Aeolicam esse docere studuit. Ipse olim (Diall. I, 139), quanquam Apollonius de synt. p. 92 (Diall. I, 91) apud Aeoles secundas personas nunquam διὰ τοῦ ε (leg. ει) scribi tradit, tamen verbis Aeolicis in -ημι secundas personas in εις, tertias in ει vindicavi his potissimum causis permotus. Primum vix ulla dubitatio est, quin verborum in -αμι et -ωμι illae formae in -αις, -αι et -οις, -οι exierint, ut verbis in -ημι analogia -εις, -ει postulare videatur. Deinde tertiae personae in ει exemplis satis firmatae sunt, neque Bergkius de his dubitare ausus est; ex his vero de secunda persona, cujus exempla pauciora, eo certius colligi posse videtur, quod grammatici docent apud Aeoles verborum in μι tertias personas e secundis fieri ἀποβολῇ τοῦ σ (Diall. I, 138 not. 9, adde Choerob. ad Theod. 843, 16 — 855, 8 — 856, 21). Contra haec Bergkius ad Alc. 5 ed. III (consulto hic negligo, quae de verbis in ω dixit) praeter Apollonii illud testimonium paucissimis librorum indiciis nisus est; neque enim plura secundae illorum verborum personae exempla leguntur quam Sapph. 21 ex Apoll. de pr. 83. C φιλῆσθα (sic unicus codex, quantum e Bekkeri editione cognoscitur, sed teste Bastio ad Greg. C. p. 582 φίλησθα), Theocr. XXIII (XXIX), 15 μάτης, quae vox corrupta[17]), 36 ἐνόχλης in cod. c. pro vulg. ἐνοχλεῖς, quo accedit nunc restitutum a me in hoc ipso versu ἐπύθῃσθ' (cod. -ησθ'). Nihilominus nunc illa testimonia vilipendere non audeo. Res enim sic se habere videtur. Secundae et tertiae personae verbi φίλημι antiquiores formae (non antiquissimae) haud dubie erant φίλῃς, φίλῃ; sed diphthongus ῃ facile transibat in ει, ut saepissime factum (veluti κλείς, κλείω e κλῄς, κλῄω) aut iota neglecto in η. Comparetur, quod Dorici tituli melioris notae tertiam personam conjunctivi promiscue in ῃ, ει, η terminant, vid. Diall. II §. 36, 3. Aeoles iota cum longis vocalibus junctum mature abjecisse constat, vid. Diall. I, 49; adde quod iota

17) Locus est „νῦν δὲ τῶδε μὲν ἄματος ἄλλον ἔχεις κλάδον, | ἄλλον δ' αὔριον, ἐξ ἑτέρω δ' ἕτερον μάτης". Hanc vocem secundum Hesych. ματεῖ: ζητεῖ interpretantur ζητεῖς, quum ματεῖν Aeoles potius pro πατεῖν dixerint, vid. Diall. I, 45 not. 11 et Sapph. 54. Nec μάτης, ut auctore Hermanno scriptum, libri satis tuentur; nam ματῆς Junt. Call., μάθης c., μάτη k., μάταν D. corr., μάτα B. D. pr., qui libri in hoc carmine bonae notae sunt. Bergkius ipse de μάτης dubitans proposuit μάῃ, quum ego olim e lectione μάτα multo probabilius, nisi fallor, μάλα elicuissem, cf. Herod. 1, 181 καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ. Solet enim μάλα in repetitionibus addi, ut Aesch. Ch. 857 ἔα, ἔα μάλα, 862 οἴμοι, πανοίμοι δεσπότου τελουμένου, οἴμοι μάλ' αὖθις ἐν τρίτοις προσφθέγμασιν, vid. Thesaur. Paris. V p. 532. B. — In vs. 35 pro ἐπιτρόπεις, quod edidi, conjunctivum desiderari recte Bergkius admonuit.

mutum dativorum et conjunctivi etiam in longiore titulo Eresio Conzii t. XII ubique omissum est (praeter unum κρύπτᾳ l. 16) et in Mitylenaeo apud Keilium Philol. Suppl. II p. 579 nr. 3, nec minus illud in Lesbio Deli posito C. I. nr. 2265. b in Add. atque in Mitylenaeis ap. Gerhard Archäol. Anz. 1854 p. 515 et apud Keilium l. l. p. 478 nr. 2, in quibus conjunctivi non leguntur; contra iota adscriptum est in Mitylenaeis C. I. nr. 2166. C. Add. et Conz. VI, 1 (ubi etiam ἐξέλθῃ l. 12, atque adeo l. 3 γράφωισι pro γράφωσι, quod est e γράφωνσι factum ut indicativus γράφοισι ex γράφονσι), denique, id quod valde memorabile est, in titulo Eresio C. I. nr. 2166. b. Add. et Conz. p. 29, qui cum longiore illo Eresio Conzii argumento et ipsis verbis conjunctissimus est, ut l. 16 κρύπτᾳ, 20. καταψαφίσθῃ, quae vox in altero l. 17 adscripto iota caret. Quum igitur satis certum esse videatur Aeoles olim iota longis vocalibus additum et pronuntiasse et scripsisse, sed maturius reliquis Graecis neglexisse, haud temere ponetur antiquos poëtas Lesbios pronuntiasse φίλῃς, φίλῃ, quae secundum ejus aetatis usum ΦΙΛΕΙΣ et ΦΙΛΕΙ scripta essent, recentiores modo φίλεις, φίλει, modo φίλης φίλη pronuntiasse, praevalente tamen in secunda persona hoc genere, quia iota ante sequentem consonam maturius evanuerat, novitias autem has formas partim etiam in poëtarum illorum exemplaria irrepsisse, praesertim tertias in -ει, quibus et antiqua scriptura et recentior pronuntiatio faveret. Itaque Sapphoni fr. 21 vindicamus φίλῃσθα; parum enim recte Bergkius ad eum locum ab his formis in -θα iota alienum esse contendit. Aliud docent vel Homericum δίδοισθα Il. Τ, 270, quod secundum Scholia fuerunt qui Aeolicum judicarent, et Aeolicum φαῖσθα, uti φέσθα apud Apoll. Soph. 162, 26 corrigendum esse ipse Bergkius Lyrr. p. 1386 intellexit [18]); ubique plena secundae personae forma addito θα aucta est praeterquam in solo οἶσθα. Apud recentiores Aeolica dialecto usos terminationes -ης et -ησθα sine iota recte se habent, quippe quorum aetate Aeoles ipsi hoc iota neque pronuntiaverint neque scripserint. Attamen ut olim in dativis ita nunc etiam in conjunctivis et his, de quibus agimus, indicativi formis iota subscriptum, quod antiquae originis et pronuntiationis memoriam servat, tenere malo. Itaque in alteris Παιδικοῖς vs. 36 jam scribo ἐννόχλῃς, in hoc versu dedi ἐπύθῃσθα et φόρῃς. De tertiis personis infra dicam ad vs. 22.

Vs. 14. 15.

Accentum traditum ὦρα, quanquam aliqua ratione excusari potest, tamen nolui cum editoribus servare, quia Alc. fr. 39 ejus vocis ultima syllaba producta est ut vulgo. Quid codici in hac re tribuendum sit, satis docet unum κυπρογενῆας vs. 31. — Quae Bergkius edidit „ὦρά τοι φρονέειν, μὴ οὔ τι νέος τὰν ἴδεαν πέλῃ" (aliter Fritzschii invita Minerva), non possum in aliam sententiam interpretari nisi hanc: „tempus tibi est reputare, num minime juvenis sis aspectu", cf. οὔτι κάκιστος Il. Π, 570. Od. δ, 199, οὔτι νέον γε Od. γ, 367. Jam vero sequentem

18) Verba tamen Apollonii perturbata sunt, ut nunc leguntur: φῆσθα: λέγεις „εὖ δὴ ταῦτά γε φῆσθα, γέρον φίλε" (Od. γ, 357). ἄνευ δὲ τοῦ ῑ γραπτέον, ἐπεὶ καὶ οἱ Αἰολεῖς φέσθα λέγουσιν ἀντὶ τοῦ ἔλεγες. „φῆσθα" (Il. Φ, 186) καὶ τὸ „ἔφησθα κελαινεφές" (Α, 397). Comparandus est Herodianus in Scholl. A. Φ, 186: φῆσθα· εἴτε ἐνεστῶτα σημαίνει, προπερισπασθήσεται, εἴτε δεύτερον ἀόριστον, ὁμοίως, τούτῳ δὲ μόνῳ διαλλάξει τῷ σὺν τῷ ῑ γράφεσθαι τὸ ῃ ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος. Apparet praesentis scriptionem φῇσθα, quam Herodianus praecipit, apud Apollonium Aeolico φαῖσθα commendatam fuisse, ut θνῄσκω cum iota scriptum Aeolico θναίσκω fulcitur. (Diall. I, 96). Quare illa glossa in hanc fere formam restituenda est: φῇσθα· λέγεις „εὖ δὴ ταῦτά γε φῇσθα γέρον φίλε" [σὺν τῷ ῑ,] ἐπεὶ καὶ οἱ Αἰολεῖς φαῖσθα λέγουσιν· ἄνευ δὲ τοῦ ῑ γραπτέον, [εἰ] ἀντὶ τοῦ ἔλεγες, φῆσθα, καὶ τὸ „φῆσθα Κελαινεφές" (Α, 397, ubi grammaticus ὅτε φῆσθα legit, non ὅτ' ἔφησθα ut vulgo).

versum non intelligo, in quo οἱ τῶν ἐτέων ἄρτι γεγευμένοι non possunt alii esse quam juvenes[19]). Nam ἔτη pro αἰών, βίος dictum ut *anni* saepius pro aetate, veluti *gravis annis* Virg. A. 9, 246. Horat. Sat. I, 1. 4, quo sensu Liv. 7, 39 *graves aetate,* et *integer annorum* Stat. Th. 1, 414, quo sensu Virg. A. 9, 255 *integer aevi,* Albinov. 3, 5 *integer aevo,* Ter. Andr. 1, 1, 45 *mulier aetate integra;* inest autem verbis eadem metaphora, qua ab aliis vita cum convivio comparatur, vid. Horat. Sat. I, 1, 118 cum adnotatione Orellii. Similiter puer septem annorum dicitur μή πω γευσάμενος ἥβης Anth. Pal. App. 238; adolescentulus dici poterat ἄρτι γευσάμενος ἥβης. Nec minus qui aetatem modo gustarunt, juniores sunt; senes, qui vitae coena fere repleti sunt. Absonum igitur, qui modo se canis uti et minime juvenem esse dixit, eum in proximis se exhortari, ut omnia faciat, quaecunque juvenes. E contrario sententia postulat, ut se ipsum cum junioribus certare vetet. Hinc apparet particulam μή, quae est in vs. 14, ad πάντ' ἔρδε trahendam esse, quod fieri non poterat nisi interpunctione in fine versus deleta et πέλη in πέλων mutato. Intellige autem: *„tempus tibi est sapere; noli, quum minime juvenis sis aspectu, omnia facere, quaecunque qui aetatem modo gustaverunt".*

Vs. 16. 17.

Hos versus Bergkius ita sibi restituisse visus est, ut nulla dubitatio relinqueretur. Mihi ne ἐλάσθη quidem pro ἐλάθη ab eo positum, quam correctionem reliqui tenuerunt (Schwabius tamen dubitanter) commodum sensum praebere neque ulla litterarum mutatione opus esse videtur. In iis quae edidi καὶ μὰν ἄλλο σε λάθει *„atque aliud te latet"* καὶ μὴν sueto more novam eamque gravem sententiam introducit; compara autem formulam Homericam ἄλλο δέ τοι ἐρέω. Deinceps jam τόδ' scribendum erat, ut sententia per ἄλλο promissa ἀσυνδέτως adderetur; ipsum τόδε significat id quod sequitur ἔμμεναι κτλ. — Sequentis versus supplementum Bergkianum nulli reliquorum satis placuit; ad id quod ipse dedi cf. Hom. Il. I, 572 κήδε' δσ' ἀνθρώποισι πέλει.

Vs. 18.

In versu corruptissimo προγόνοις, quod Bergkius e conjectura posuit (cui adhaeserunt Arm. Fritzschius et Schwabius), qua potestate accipi voluit pro τέκνοις, ea uno Dionysii Hal. loco A. R. 7, 50 niti videtur, ubi nunc editum est ἀπόγονοι. Ne simplex quidem γόνοι plurale, quod Th. Fritzschius praetulit, offensione caret, nec perspicitur in hujus teutamine vis imperfecti. In iis quae ipse reponere ausus sum, ἔρρωται est *„viget et valet",* cf. vs. 20 et quae opponuntur vs. 21, deinde de cerva laetae alacritatis exemplo Aristoph. Lys. 1318 ποδοῖν τε πάδη (= πήδα) ᾇ τις ἔλαφος. Syllaba πε quam ejeci, e superscripto τε pro ται, quod ad ἔρρωται pertineret, nata esse videtur.

Vs. 19.

Neque corrupta vox δλάσει a criticis probabiliter correcta est, neque αὔριον ἁμέραν ferri potest, quod senserunt Arm. Fritzschius et Schwabius. Nam αὔριον ubique adverbium esse videtur neque cum substantivo nisi articulo praecedente conjungi posse. Neque τὸν αὔριον

---

19) Kreusslerus, cujus correctionem ἄρτια γεύμενοι Arm. Fritzschius et Schwabius receperunt, versum in hunc modum interpretatus est: *„fac omnia, quaecunque faciunt ii probe, qui annos suos gustant,* i. e. qui aetatis vitio laborant, quibus abstinendum est a libidine ac prurituʺ. Quae non intelligo quomodo ab ullo probari potuerint, praesertim in illa vocis ἄρτια collocatione.

μεταβαλλομένα χρόνον Eur. Hipp. 1119, quod in lexicis tanquam exemplum adjectivi αὔριος affertur, aliter dictum est quam ὁ νῦν χρόνος; pariter etiam Callim. Ep. 14 δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν αὔριον adverbium agnoscendum. Quae restitui χαλάσει — ἄρμενα, dicta sunt ut τῶν τὰ σχοινία ἢ τὰ ἄρμενα χαλώντων ναυτῶν Plat. Sisyph. p. 466. Quum vero ἄρμενα dicantur modo omnia navis armamenta (ὅπλα, arma), modo sola vela, modo alia a velis distincta ut Theocr. XIII, 65 (68). XX (XXII), 13, hic quidem vela intelligenda esse videntur pariter atque in Pseudo-Platonis loco allato, ut χαλᾶν τὰ ἄρμενα nihil aliud sit quam *solvere vela* Virg. A. 4, 574, cui oppositum *vela contrahere*. Neque tamen illud non potest ad rudentes referri, cf. *laxare rudentis* Virg. A. 3, 266; nam et vela et rudentes laxantur vel solvuntur a navigaturis. Jam igitur versus hoc dicit „*vela autem cras solvet, ut alio naviget*", h. e. facile amatorem subito deseret. Poterat autem χαλάσει facile in δλάσει abire, quia in antiquiore scriptura ut λ δ α, ita λ et χ ductuum affinitate permutationi obnoxia sunt. Neque mirum quod ἄρμενα in ἀμέραν corruptum est, quum αὔριον haud raro cum ἡμέρα conjungatur, quo accedit quod ἄρμενον (pariter atque ἅρμενος) frequenter in antiquis libris spiritu aspero instructum legitur secundum plerarumque vocum ab αρμ incipientium analogiam, veluti in Theocriti locis supra allatis. Spiritus asper, quem liber in αὔριον praebet (item in prioribus Παιδικοῖς vs. 15), non librarii negligentiae debetur, ut judicavit Bergkius, sed recentiorum usum sequitur, vid. Ammon. ed. Valck. p. 196.

Vs. 21.

Bergkianum μέλει parum intelligo. Quod dedi μέλδει, intransitiva notione uti volo, cf. Hesych. μέλδειν: μέλδεσθαι. Itaque μέλδει = μέλδεται est i. q. τήκεται (Hesych. μέλδει: τήκει), quae vox sententiae bene convenit, cf. Anth. Pal. VI, 285, 5 ἔργα νέον τήκειν ἄνθος ἐπιστάμενα. Nec minus aptum foret μαραίνεσθαι, quo verbo explicatur vox cum μέλδειν conjunctissima ἀμαλδύνεσθαι, cf. Hesych. s. v. ἀμαλδύνομεν, Scholl. Arat. 864, Anth. Pal. V, 18 Λαΐς ἀμαλδυνθεῖσα χρόνῳ περικαλλέα μορφήν. Ceterum μέλδειν Anglosaxonice est *meltan*, Theotisce *smelzan*, ut etiam hinc appareat, μέλδειν et τήκειν synonyma esse. — Quod omnes critici praeeunte Bergkio (quanquam hic ipse fatetur mutationem non necessariam esse) particulam καὶ propulerint, valde miror, quum illa sententiae aptissima sit, cf. Theocr. 3, 17 (Ἔρως), ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστίον ἄχρις ἰάπτει, Anth. Pal. VII, 31 Σμερδίῃ ὦ ἐπὶ Θρῃκὶ τακεὶς καὶ ἐς ἔσχατον ὀστεῦν.

Vs. 22.

Ὀμμιμνασχομένῳ Aeolice pro ἀναμιμν. Diall. I, 76. — In tradito ὄρῃ primum spiritus lenis dubitationem movere potest. Olim enim (Diall. I §. 4), quum antiqui grammatici omnem spiritus asperi usum ab Aeolibus abjudicent [20]), tamen ipse titulorum et librorum auctoritate fretus illis fidem non habendam esse duxi et Aeolicam dialectum non omnino spiritu aspero caruisse, sed, ubi in antiqui s vel j locum successisset, plerumque cum reliquis Graecis servasse probare conatus sum; Balbillam, quae in epigrammatis suis Aeolicis omnem asperi usum sprevit, in ea re ut in aliis grammaticorum potius praecepta quam genuinam Aeolidem secutam esse suspicatus sum. Contra Bergkius in novissima Lyricorum editione, quum aliquot poëtarum Lesbiorum locis, quibus in meam sententiam usus eram, postea e codicibus vel spiritus

20) Testimoniis l. l. a me congestis Bergkius bene addidit Apoll. de pr. p. 3. C. πῶς δὲ οὐχὶ γελοίως Αἰολικὸν εἰρήσεται τὸ ἱερώνυμος καὶ ἔτι τὸ ὁμώνυμος δασυνόμενα;

lenis vel ejus indicia comparuerint, grammaticorum praecepto et Balbillae fidem habendam et omnem spiritus asperi usum e reliquiis vere Aeolicis propellendum esse censuit; titulos, quorum antiquissimi ad aetatem Alexandri pertinent, in ea re minus fidei habere, quippe qui etiam in aliis dialectum ad communem usum applicatam habeant, vide quae disputavit p. 876. Cujus argumenta gravia esse libere confiteor et, quanquam aliquid suspicionis haeret, tamen nunc Bergkii judicium sequi certius duco. Ceterum verbum Aeolicum ὄρημι = ὁρῶ, cui olim asperum vindicaveram, saepius leni instructum legitur (Diall. I, 28), neque Homerica ὄρομαι, οὖρος = φυλάσσω, φύλαξ et οὖρος = ὅρος, quod ipsum in Dorica dialecto tabularum Heracleensium lenem habet (Diall. II, 36), ab ὁράω aliena esse indicavi in diss. de Δρῦς p. 45 seqq. Altera quaestio oritur de ultima vocis syllaba. Aeolicorum enim verborum in -ημι, quae pro contractis in -εω sunt, tertiae personae in Lesbiorum poëtarum reliquiis in -ει exeunt nulla lectionis varietate, ut Alc. 39 ἄχει, ἄνθει, 81 ἐπικρέτει. Sapph. 1, 23 φίλει, 2, 14 ἄγρει, 4. κελάδει, 40 δόνει, 43 κατάγρει, 117 κάλει (accentus in libris plerumque vulgaris ut ἀχεῖ); in titulis nulla exempla invenio. In Aeolicis Theocriti praeter hoc ὄρη et vulgarem formam φορεῖ vs. 32 unicum legitur φόρει XXIII (XXIX), 29, quod (teste nunc Zieglero) in eodem codice c. φόρη scriptum superscripto ε (h. e. φέρη). Secundum ea, quae ad vs. 13 disputavi, antiquissima hujus terminationis forma fuit ηι, qua fortasse ipsi poëtae Lesbii usi sunt; ea post vel in ει vel in η abiit. Quum codex c in rebus ad dialectum pertinentibus etiam in prioribus Παιδικοῖς optimae notae sit, ut alio loco docebimus, ejus auctoritati ut in hoc ὄρη nunc etiam in illo φόρη obtemperandum ducimus, nisi quod iota mutum appingere praeferimus, de qua re ad vs. 13 dictum; vulgare φορεῖ vs. 32 nunc quidem toleravimus propter regulam de dialecto carminis supra propositam. Contra in supplemento vs. 4 scripsi ὀνίη, quum τίθημι et ἵημι, quanquam horum verborum stirps brevem vocalem habet, tamen in singulari, ubi vocalis producitur, eandem normam sequi videantur. Choerobosco quidem ad Theod. 855, 8–856, 21 (Ann. Oxx. IV, 352, 14 et 353, 26) τίθης, τίθη tanquam Aeolica afferenti non multum tribuendum esse vicina exempla arguunt (vid. Diall. I, 138 not. 9); sed in Balbillae epigrammate C. I. nr. 4725, vs. 7. 8 „ὡς χάλκοιο τύπεντος ἴη Μέμνων πάλιν αὔδαν | ὀξύτονον· χαίρων καὶ τρίτον ἆχον ἴη“ iteratum ἴη non est imperfectum, quod male pro aoristo positum esset (de primo sono vs. 4 εἶπε dictum), sed praesens historicum, quod dicunt.

Vs. 23.

Bergkiana restitutio, quanquam ab utroque Fritzschio probata, mihi et dictionis et collocationis verborum difficultate laborare videtur, nec placet, quod desiderium unius anni spatio circumscribitur. In iis, quae edidi, χαλεπῶν versu 17 commendatur; ἐνιαυτοῖς vero eodem fere sensu dictum est, quo Diod. 3, 69 τὰ δυνάμενα δι' ἐνιαυτῶν διαφυλάττειν τὴν εὐωδίαν, cf. Leonid. Anth. Pal. 7, 549 λήξει δ' οὐδ' αἰῶνι γόον = δι' αἰῶνος et ἀγωνοθέταν ἔνι ἐνιαύτῳ = δι' ἐνιαυτοῦ in titulo Mitylenaeo C. I. nr. 2189. Accusativus ἐνιαυτοὶς minus placeret.

Vs. 24.

Bergkius, quem reliqui sequuti sunt, ipsa versus lege requirente, ut dicit, ποτ' in προτ' mutavit, neque tamen exemplis docuit, id quod debebat, ullum Graecum μέμφεσθαι πρός τινα eodem sensu dixisse, quo hoc verbum vulgo modo cum accusativo modo cum dativo jungitur. Neque enim lexica μέμφεσθαι πρός τινα alio sensu positum agnoscunt quam „vituperare apud aliquem“, ut Xenoph. Oec. 11, 23 μέμφεσθαί τινα πρὸς τοὺς φίλους, quod ab hoc loco alienis-

simum. Quum igitur numeris alia medela quaerenda esset, pro πολλὰ ποτ' scripsi πόλλ' ἄσπετ', cf. Od. δ, 75 ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλά.

Vs. 27.

Quod Bergkius pro εὑρεῖν scripsit μετρεῖν, proverbium ἀστέρας ἀριθμεῖς spectari ratus, quod est ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων ἐπ' ἀνηνύτοις Paroemiogrr. Gott. II p. 4, 15, egregie id confirmatum est imitatione Nicetae Eugeniani bene a Schwabio appositae. Ille enim ut V, 32—37 Theocritei carminis Aeolici XXIII (XXIX), quinque versus, quod docui in editione mea, imitando expressit, ita quae leguntur IV, 411—413.

δοκεῖ δέ μοί τις, ἂν παρέλθῃ καὶ φύγῃ
Ἔρωτα τὸν τύραννον ἐπτερωμένον,
καὶ τοὺς ἐφ' ὕψους ἐκμετρήσειν ἀστέρας.

Schwabio recte visa sunt hujus carminis versus 25—27 sequi; apparet autem jam Nicetam corruptam lectionem δοκεῖ μοι pro δοκίμοι in codice suo invenisse. Μετρεῖν pro ἀριθμεῖν dictum Bergkius recte tuitus est allatis Phot. 264, 13 μετρῆσαι ἀντὶ τοῦ ἀριθμῆσαι Ἀλκαῖος et proverbio κύματα μετρεῖν Theocr. XVI, 60 (ubi Meinekius etiam in novissima editione perperam κύματ' ἀμιθρεῖν restitui jussit) et Paroemiogrr. Gott. I, 345. II, 182. Adde recentius exemplum in Thes. Par. V, 936. C. allatum. — In extremo versu critici ita versati sunt, ut de restitutione aliquatenus probabili desperasse videantur. Ipse addito ἤ, quod in synecphonesi facile excidere poterat ut Theocr. XI extr. in plerisque libris, et ejectis aliquot litteris, quas dittographiae deberi apparet, scripsi ἤ ὀπποσσά κεν ἔννεα, h. e. *vel* (sc. opinatur) *quaecunque stolida sunt*. Particula ἤ similem crasem patitur in ἤ ὅ τι Phoen. ap. Athen. VIII, 359. E. De omisso conjunctivo ἔῃ cf. Bernh. Synt. p. 331. Duplex ν in ἐννεός, ut saepe scriptum legitur, quum verior Attica forma sit ἐνεός, Aeolicae dialecto bene convenit, ut in ξέννος pro ξένος. Ut haec ex antiquo ξένϝος facta sunt, ita ἐννεός, ἐνεός ex ἐνϝεος, cujus stirps ἐνϝ digamma in mutam labialem mutato conspicitur etiam in ἔμβαρος (= ἠλίθιος, μωρός Hes.) et Hesychianis ἔμβρεος: ἐνεός, μωρός — ἔμπαρος: ἔμπληκτος. Olim digamma praefixum fuisse docent glossae βεμβρός: τετυφωμένος, πάρετος et βεβρός: ψυχρός, τετυφωμένος. Summae vero stultitiae habebatur τὰ κύματα ἀριθμεῖν, id quod Coroebus fecisse fertur, cujus ἠλιθιότης vel μωρία in proverbium abiit, vid. Paroemiogrr. Gott. I, 101, 268.

Vs. 28. De Aeolico ἄμφην = αὐχὴν vide Diall. II, 503 et I, 42; αὔφην apud Joannem Gr., de quo Schwabius fusius disputat, mihi mero sphalmate scriptum videtur. Verba μακρὸν σχόντα τὸν ἄμφενα Bergkius in eam sententiam interpretatur, ut poëta dicat se antea superbia elatum fuisse. At αὐχένα μακρὸν vix recte intellexit de cervice superbe elata, quo sensu potius dictum foret ὑψηλὸν ἔχειν (cf. ὑψαύχην) i. e. ἐπαίρειν. Verius μακρὸς αὐχὴν accipietur de collo longo, porrecto, ut μακραύχην est, qui longum collum habet. Porrigunt autem collum, qui patienter id jugo submittunt, cf. Nonn. Dion. 14, 265 εἰς ζυγὸν αὐτοκέλευστον ἑκούσιον αὐχένα τείνας. Et saepissime alibi cervix cum jugo componitur. Lepidissimam sententiam Arm. Fritzschius audaci mutatione mirifice corrupit.

Vs. 29. Optime Th. Fritzschius ὤγαθε, quo animus, qui haec loqui fingitur, amantem appellat.

Vs. 31. 32. In his corrigendis Bergkius a probabilitate longe aberravit, quum aliis tum quod φίλον pro trochaeo esse voluit, Aeolica quadam forma φίλλος ficta, cui e nominibus propriis Φίλλος, Φίλλις aliquid praesidii quaesivit. At in his nominum compositorum, ut Φιλοκλῆς,

vel Φιλόδημος, inesse mutilationem hypocoristicam, saepe cum geminatione consonae conjunctam, exemplis allatis docui Philol. XXIII, 202. Et verissime Th. Fritzschius, pulcherrimo illo Iliadis loco Z, 146 comparato, restituit *φύλλον*; idem in altero versu parum caute versatus est neque audacter mutando probabilem sententiam effecit. Ego in fine versus unam vocem perisse ratus mutationibus non ita difficilibus admissis restitui ὀνέλων ὦκα (pro ὁ μέλλων αἶκα) φορεῖ ‖ νότος ‖. Notus sententiae loci vel optime convenit tum propter violentiam, unde δυσαής dictus Od. ε, 295, ὀξύς Soph. Aj. 258, *violentus* Virg. A. 6, 355, tum propter aestum, unde *tepidus* Ov. Am. 1, 4, 12 et apud Suidam alio nomine *καύσων*; bene igitur fervens amor cum noto comparatur. Ὀνέλων, Aeolice pro ἀνελών, eodem sensu cum φορεῖ junctum est quo ἀναρπάξασα θύελλα — φέρεν Od. δ, 515, ε, 919. ψ, 316. — Cum participio δεύμενος (pro δευόμενος) a se restituto Bergkius comparavit σεύμενος, quo usus est Parthenius fr. 27 M., cf. Lobeck ad Buttm. Gr. II p. 6, cujus exemplis Schwabius p. 13 bene addidit γεύμεθα Theocr. XIV, 51 pro γευόμεθα [21]). Servatur autem secundum nostram restitutionem metaphora a folio ducta: *„me, folium caducum, levi aura egens* (sc. ut moveatur, h. e. quod vel levi aura agitari potest) *notus celeriter rapit"*, qua imagine θυμὸς indicat se Amoris impetum sustinere non posse.

Restat ut dicamus de strophica compositione, quam Fritzschii in hoc carmine inesse voluerunt, et Theodorus quidem strophis binorum versuum descriptis, Arminius, qui unum versum de suo addidit, ternorum. Quum omnes carminis versus pares sint, praeter interpunctiones nihil est, unde de strophis colligi possit; sed ne illae quidem alteram utram divisionem satis commendant. Accedit quod carmina Theocriti Aeolica (alterum, quod eisdem numeris Asclepiadeis utitur, 25 versus continet, alterum 40) non possunt cum ulla probabilitatis specie in strophas redigi. Quare cum Bergkio et Schwabio strophis abstinui.

21) Hoc γεύμεθα non esse pro γεγεύμεθα, quod vulgo creditur, Schwabius recte intellexit, sed argumentis non stabilivit. Omnem vero dubitationem praecidit proverbium μῦς ἄρτι πίττης γεύεται vel μῦς πίττης γεύῃ Paroemiogrr. Gott. I, 266. 275. II, 189, unde Theocriteum μῦς γεύμεθα πίσσας deflexum est.